TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1372_I**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Decisiones
Theologicæ
ab Anno 1733
usq. ad Annū
1746. cum
aliquib: in fi-
ne Tulmini
habitis.
Tom: I.

I
1372

Dono Pagani 17/4 82.

Prolusio ad decisionem casuum in prima Congne Fol. 1.
Pro Prima Congre
Casus I. De obligatione gravi quam habent canci [illegible] suum votum pro dignioribus promotione ad [illegible] curatum fol. 3
Casus II. De obligatione levi preferendi digniorem digno dum agitur de simplici beneficio fol. 9.
Congregatio II.
Casus I De obligatione carnaliter cognoscentis feminam sub ficta promissione matrimonii fol. 11.
Casus II. Qualem habeat obligationem indeterminate promittens matrimonium quoad tempus fol. 16.
Congregatio III.
Casus I. De poena conventionali apposita sponsalibus fol. 19.
Casus II An femina praegnans ex adultero, refusa alteri nubere ad procavendam infamiam etiam [illegible] obliget ad procavendum damna &c fol. 23 [illegible]
Congregatio IV
Casus I An matrimonium contractum sub conditione honesta in futurum et ejus nullitatem fiat absolutum fol. 27.
Casus II An ficte promittens matrimonium [illegible] in judicio jurare se non promisisse fol. 33.
Congregatio V
Casus I De obligatione ducendi in matrimonium cui primo est facta promissio, non obstante promissione alteri postea facta, et carnaliter cognita fol. 35
Casus II. Sponso ad regionem longinquam se conferente inscia sponsa, haec potest transire ad alia sponsalia post expectatum congruum tempus fol. 40
Congregatio VI
Casus I. De sacerdote excommunicato denunciato absolvente in articulo mortis fol. 43.
Casus II. De sacerdote approbato absolvente a casu reservato in articulo mortis dum facile potuisset habere facultatem absolvendi a tali casu fol. 47. [illegible]
Congregatio VII.
Casus I. De vendente credito plus justo pretio ob periculum fol. 50
Casus II. De emente bona fide rem furtivam ab eo, qui pariter eam emerat bona fide a fure fol. 54.

Congregatio VIII

Casus I. De Parocho inveniente ægrotum sensib. destitutum, de cujus signis doloris in vita sua certioratus; an debeat illum absolvere — fol. 56.

Casus II. An pœnitens, qui reticuit suam peccandi consuetudinem à confessario interrogatus, teneatur illam confiteri — fol. 59.

Congregatio IX

Casus I. De absolutione pœnitenti consuetudinario differenda — fol. 62

Casus II. An sit voti reus, qui ingressum in Religionem vovit nihil cogitando de libertate exeundi, nec de perpetuitate; sed e ductus animi mobilitate durante novitiatu egreditur, matrimonium promittit — fol. 63. t.°

Congregatio X

Casus I. An et quales fructus teneatur restituere possessor bonæ, et possessor malæ fidei — fol. 68.

Congregatio XI

Casus I. An accipiens domum pignoris loco pro securitate sortis mutuatæ teneatur in sortem computare fructum quem percipit domus. Pactum Antichreseos — fol. 74.

Casus II. De pacto legis commissoriæ — fol. 77. t.°

Congregatio XII

Casus I. De æstimatione præstanda vel noxa dedenda — fol. 79.

Casus II. An debeat restituere Domino, qui confessario consignavit, sed ad Dominum non pervenit. — fol. 81. t.°

Congregatio XIII

Casus I. De prole dubia, quis ex duobus carnaliter cognoscentibus feminam teneatur alere eam — fol. 83.

Casus II. De deflorante Virginem post emissum simplex votum castitatis — fol. 85. t.°

Congregatio XIV.

Casus I. De pluribus prædicte scientibus, et non inito consilio, singillatim auferentibus levem quantitatem, simul tamen magnam — fol. 87.

Casus II. De minutis furtis successivis simul tamen constituentibus magnam quantitatem — fol. 89. t.°

Congregatio XV

o Casus I. An lethaliter peccat, qui juravit se daturum modicam eleemosinam et non dat — fol. 91.

Casus II De consulente curato ... ut accipiat pecuniam — — — fol. 94.

Congregatio XVI.

Casus I. De Hero boves concedente colono sub diversis pactis — — — fol. 96.

Casus II. De mutuante sub pacto remutuationis — — — — fol. 99. v.°

Congregatio XVII

— Casus I. De contractu societatis ovium sub diversis pactis, et specialiter, ut accipiens completo tempore societatis, totidem oves ejusdem qualitatis restituat, vel solvat pretium — — fol. 102.

Casus II. De mutuo cum pacto rem solvendam a mutuatario si statuto tempore non restituerit — — — ibidem.

Congregatio XVIII

Casus I. De Mutuo cum pacto, rem solvendam a mutuatario — — fol. 109.

Casus II. De contractu ... — fol. 112. v.°

Aut una, aut altera Congregatio fuit facta in Autumno.

Congregatio XIX.

Casus I. De peccato mortali in Confessione omisso, et de Confesso ut dubio; ... — fol. 115.

o Casus II De confesso intra annum, et omittente tempore Paschali iterum omnem. fol. 120.

— Casus I. Prudentialis. De mediis alliciendi Populum ut Ecclesiam Parrochialem frequentet ut in ea ... fol. 122. v.°

— Casus II. Prudentialis. De mediis ad inducendum Populum ut Ecclesiis ... exhibeat debitam reverentiam fol. 123. v.°

Non reperitur Cong.° XX.

Congregatio XXI

Casus I. An reservatio a Parocho facta retractet suorum ... fol. 125.

o Casus II. De Confessario Regulari audiente confessiones tempore Jubilaei, approbato ab alio ..., sed non ab illo Loci, ubi ... fol. 127. v.°

Casus Prudentialis. De remedio, quod petit a Confessario, qui plures commisit usuras. fol. 12..

Congregatio XXII

Casus I. An praescriptio valeat etiam pro foro interno fol. 130.

Casus II. An malae fidei defuncti noceat haeredi bonae fidei Theologica et materi... 133

Congregatio XXIII

Casus I De Parocho ... ex ... non residente et per alios ... residente, sed exercente ... per Cooperatores fol. 134.

Casus II De obligatione Parochi, et Vicarij curati ammovibilis de applicanda Missa pro ... fol. 137. 4.º
in fine indicatur Constitutio Benedicti XIV. declarantis talem obligationem habere etiam Vicarios curatos amovibiles, etiam oeconomos &.

Congregatio XXIV.

Casus I. An Canonicus satisfaciat interessendo vel teneantur psallere fol. 141.

Casus II De Parocho audiente confessionem infirmi vicini sed exterius Parochiae irrequisito et inscio proprio Parocho fol. 145.

Congregatio XXV.

Casus I. De executore litterarum S. Poenitentiariae in ordine &. et ad revalidandum matrimonium. fol. 147.

Congregatio XXVI

Casus I De haerede, cohaerede adhuc deliberante vendente uni tertio suam haereditatem, an cohaerede repudiante, haeredi, vel emptori pars repudiata accrescat. fol. 15..

Casus II. An emptor cum laesione pretij supra dimidium, vindicante venditore, huic teneatur restituere fructus interea perceptos fol. 160.

Congregatio XXVII

Casus I An Parochus nolit renuere administrare Eucharistiam infirmo concubinario, qui non dimittit concubinam, sed proponit eam amplius non tangere, et nihilominus retinere domi fol. 164.

Casus II De Parocho contra prohibitionem medici ministrante Eucharistiam, quam evomendo moritur. fol. 170.

Congregatio XXVII

Casus I. De Parocho non acceptante Poenitentem ... confessum, quia ei indigno negavit abso=

absolutionem, et attestante eum suscepisse Eucharistiam cui [illegible] etsi invitato, subire tamen eam administravit. De sigillo sacramentali. fol. 173.

Casus II. An violet sigillum sacramentale confessarius, qui poenitentem relinquit in confessionale, et ad petendum consilium a Sacristia, virum doctum in sacristia existentem, et exquirentem quod contigit — fol. 173.

Congregatio XXVIII.

Casus I. Quot peccata committet coniux in circumstantiis in eodem actu expressis. fol. 181.

Casus II. De administratione Eucharistiae intra Missam post sacerdotis communionem fol. 184.

Congregatio XXIX

Casus I. De communicante tempore Paschali in Cathedrali de manu Episcopi, altero de manu Cardinali, et altero in Ecclesia Collegiata, cui est unita, et subiecta Parochialis ex qua est. Quis satisfecerit praecepto — fol. 187.

Casus II De admissione vel non admissione puerorum ad Eucharistiam fol. 187.

Congregatio XXX.

Casus I. An interdictum ecclesiasticum, ne pendente appellatione quidquam innovetur sub poena nullitatis, nullum efficiat matrimonium contra illud celebratum — — — fol. 194.

Casus II. Berta deserta a Cajo marito milite adhaesit Titio, qui cum crederetur eius maritus, hoc autem mortuo, fide facta de eius morte tamquam mariti, matrimonium contraxit cum Sempronio. Quid iudicare debet confessarius, et quale consilium praestare Bertae id exponenti in confessione. fol. 201.

Congregatio XXXI

Casus I. An Capellanus debeat esse sacerdos, si fundator dixit, quod capellanus missam celebret omni die, quo non est impeditus fol. 202.

Casus II An acceptans legatum perpetuum missis 100 celebrandis, teneatur celebrare etiam Missas 500 relictas in Testamento praeter relictas 500 in testamento — fol. 202.

Congregatio XXXII

Casus I. De nullitate matrimonij ob illegitimitatem Parochi — fol. 209

Casus II Quid confessarius respondere debeat puellae quia à parentibus est prohibitus quotidianus accessus ad Ecclesiam — fol. 209.

Congregatio XXXIII.

Casus I An adultera post peractam confessionem possit negare marito suspicanti etiam sub iuramento se ream non esse fol. 217.
de amphibologia

Casus II An jurans se mutuam pecuniam non daturum, et dans, pejeret, et dicens se non habere, mendacium dicat fol. 217.
de amphibologia

Congregatio XXXIV

Casus I An matrimonium sit validum cui adstitit sacerdos cum sua certa ratihabitionis à Parocho faciendo, ac facto fol. 223.

Casus II An proles suscepta ex matrimonio bona quidem fide, sed neglectis denunciationibus celebrato ac deinde nullo declarato ob impedimentum dirimens detectum, sint legitima — fol. 223.

Congregatio XXXV.

Casus I An duo Confessarij, qui excommunicationem incurrerant ob mutuam secretam percussionem, sed se reconciliarunt, licitè ac validè se extra confessionem sacramentalem invicem absolverint tempore utilitatis et an uterque absolvens incurrerit irregularitatem. fol. 230.

Casus II. An Pater filium minoritatem potestatis verberibus corrigere quin excommunicetur fol. 230.

Congregatio XXXVI

Casus I. An valida sit absolutio sacramentalis non associata dolore, sed hoc praecedente per otium — fol. 230.

Casus II An validè absolvent confessarius à peccatis qui dixit = Ego absolvo te = nihil cogitans determinatè de censuris aut de peccatis, sed postea, cogitans de peccatis, et terminavit formam — fol. 230.

Congregatio XXXVII

Casus I An validè, ac licitè condat quis aliud testamentum, postquam antecedens conditum

dictum juraverat se non revocaturum: et an legatum relictum ingredienti religionem, ei sit debitum egredienti: et Legatum relictum quatuor multis maritandis sit debitum duabus ingredientibus religionem fol. 243.

Casus II. Quomodo confessarius se gerere debeat cum pœnitente, qui se accusavit habere consuetudinem [illegible] jurandi; et blasphemandi: et ideo saepe inadvertenter et ex ira motu falsi jurasse, et [illegible] fol. 24[illegible].

Congregatio XXXVIII.

Casus I. An quis post judicis sententiam teneatur solvere pretium tam equi commodati, quam equi conducti, qui ambo perierunt ob culpam levissimam commodatarij, et conductoris respective fol. 259.

Casus II ~~Quae funerum emolumenta sint debita Parocho Villae, ubi per medium anni persitus habitavit, et mortuus est: et quae Parocho Civitatis ubi uxor obijt, et sepulta est in Ecclesia Regularium ab eo sepulturam~~ fol. 259.

Casus II Res pertinens confratriae commissa casu fortuito perijt: an sibi committens qui eam curavit est teneatur etc.

Congregatio XXXIX.

Casus I. An jus sepulturae habeat Parochus domicilij respectu Clerici Beneficiati, an Parochus loci Ecclesiae, ubi est beneficium postulans servitium personale fol. 251.

Casus II. Quae funerum emolumenta sint debita Parocho Villae, ubi per sex menses habitabat Titius, et mortuus est: et quae Parocho Civitatis, ubi uxor obijt, et sepulta est in Ecclesia Regularium, in qua sibi elegerat sepulturam fol. 251.

Congregatio XL.

Casus I. Quid agendum Parocho post dispensationem obtentam super 4.° gradu, quem mixtum 3.° deinde agnoscit esse fol. 267.

Casus II Quid agendum Parocho in casu, quo post obtentam dispensationem super 4.° affinitatis gradu, clam a comparte fuit certior factus de copula inter dispensatos sequuta, et reticita in supplici libello, sine tamen spe facilius obtinendae dispensationis habita fol. 267.

Congregatio LI.

Casus I. An uxor licite, ac juste subtrahens ante in:

inventarium bonorum viri, qui eidem bonis cessit quantum sufficit pro sua sustentatione et pro-
lium: et sic sine perjurio possit judicialiter
jurare, se nihil subtraxisse. vol. 2 74.

Dub. II. An mercatoris famulus, qui emptores [illegible] fraudavit, cedente in utilitatem Dni commercio, teneatur restituere: et an pro satisfactione possit tantundem de bonis Dni surripere. H. 2. 74

~~Congregatio LII~~

Congregationes ab anno 1747.
usque ad annum 1753.
sunt in altero Tomo et per
errorem incipiunt ~~ab anno~~ a
a XLI. Tomus II.

NB.
in fine praesentis
Tomi sunt Decisio-
nes secutae in con-
gregationibus a
[illegible] [illegible]

Congregatio XLI.

Tomo II

per errore s'incommin:
cia dalla Congreg.ne XLI.

perchè si avrebbe
dovuto incommin:
ciar dalla Cong.ne LII.

essendosi termi:
nato il Tomo I. con
la Cong.ne — LI

Congregatio XLI

Casus I. An electio sepulturæ pro filia impubere facta à matre, [illegible] [illegible] [illegible] valeat — fol. 1.

Casus II. An Parochus Domicilij Patris veri, vel Parochus Patris adoptantis, mortua filia adoptata octennis, jus habeat sepulturæ — fol. [illegible]

Congregatio XLII

Casus I. An Capellania, de qua ibi, potuerit erigi in beneficium Ecclesiasticum; an potuerit conferri Canonico de gremio; et an ab ipso potuerit retineri cum Canonicatu — fol. 7.

Casus II. An Capellania [illegible] cum onere interessendi Choro tempore Missæ solemnis, et Vesperarum, conferri possit Mansionario ejusdem Ecclesiæ, ubi &c. — fol. 7.

Congregatio XLIII.

Casus I. An Sempronius qui suadet [illegible] [illegible] minendo ad fraudandum Titium pro centum et [illegible] [illegible] in quinquaginta: et an Mævius qui eidem ~~Titio~~ Cajo, [illegible], ut loco fraudandi Titium pro 100. potius fraudet Livium pro 50., sic consulendo peccaverint, et teneantur ad restitutionem. Si Titius, audito consilio Semproni [illegible] [illegible], Titium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Livium pro 50. — — — fol. 15.

Casus II. An venditio crediti 100. pro 80. sit licita, ne venditor gravetur onere petendi à debitore moroso. — — fol. 15.

Congregatio XLIV.

Casus I. Titius pridie nuptiarum cum Berta carnaliter eam cognovit, sequuta jam [illegible] [illegible] a Parocho obtenta [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]
rate. [illegible] in [illegible] [illegible]
pensatione aliena Parihentiarie super arini=
tate provenienti ex copula illicita quam habuit
cum ejus sorore Zalla, post sequutum matrimo=
nium rursus carnaliter cognovit. Dellum [illegible] fol. 23.
[Casus] II. Titius vult nubere Sylviae, cujus infantem leva=
vit de sacro fonte, suggerente Parocho sub con=
ditione, quia obstetrix prius baptizaverat infan=
tis necem. Quid? fol. 23.

Congregatio XLV.

Casus I. De hero concedente Colono boves sub [illegible]
vertis [illegible] [illegible] [illegible] . 31.
Casus II De mutuo cum pacto reciproco mu=
tuationis — fol. 31.

Congregatio XLVI.

Casus I. De emptore equi furtivi, quem fur
restituit recuperato pretio, ne teneatur
Domino vindicanti dare sine recupera=
tione pretii. Non potest restituere [illegible] 30.
Casus II. De mutuatis Petizzis 10000. resti=
tuentis post Simestre, intra quod tempus
Petizza à 330. redacta est ad 329.
*sufficit restituere Petizzas 10000. fol. 36.

Congregatio XLVII.

Casus I. De matrimonio, quod est validum, seu
praetenditur esse nullum ob circumstantias
metus gravis. fol. 44.
Casus II. De matrimonio contracto ex metu gravi,
sed injusto, cujus nullitatem praetendens
cum alia contraxit matrimonium. fol. 44.

Congregatio XLVIII.

Casus I. An donatarius teneatur restituere rem
donatam, si donationem extorsit metu
etsi levi? fol. 52.
Casus II. An professio Religiosae Pulcheriae
sit nulla, quia ob metum reverentia=
lem nunquam fuit ausa suum rudentem
desiderium exponere Parentibus, à quibus
audierat, se esse destinatam ad
statum Religiosum. fol. 52.

Congregatio

Congregatio XLIX.

Casus I. An mortaliter peccet lapsus in peccatum mortale, si non statim adhibeat aliquod justificationis remedium? fol. 60.

Casus II. De vi praecepti diligendi Deum super omnia, et [illegible] tempore. fol. [illegible]

Congregatio L.

Casus I. An adultera teneatur confessario exprimere circumstantiam absentiae sui mariti in adulterio, et circumstantiam diligentiae [illegible] fol. 68.

Casus II. De speciebus malitiae, quas continet adulterium commissum à foemina conjugata cum homine libero ——— fol. 68.

Congregatio LI

Casus I. An sine labe simoniae potuerit Monasterium, cujus proventus sunt sufficientes pro determinato num.° 30. Monialium, et accipere D.ta 20000. à parentibus puellarum, ut sit futura una [illegible] ——— fol. 76

ex 30.

Casus II. An committeret symoniam per amicum exhibendo munera, et obsequia ministro collatoris beneficij, ut apud eum intercedat [illegible] fol. 76.

Congregatio LII

Casus I. Titius, et Berta obtinuerunt dispensationem super 4.° consanguinitatis gradu [illegible] copula occulta interjecta [illegible], et ad executionem deducta [illegible] rursus [illegible] ad publicam notitiam [illegible] devenit [illegible] an Parochus [illegible] matrimonio, [illegible] in talibus circumstantijs celebrare? fol. 83.

Casus II. De aetate expressa pro causa obtinendi dispensationem super 4.° affinitatis gradu [illegible] sine culpa, cum deficerent [illegible] 2. menses ad complendos annos 24. [illegible] tamen 3. menses effluxerunt ante executionem dispensationis. fol. 83.

Congregatio LIII.

Casus I. [illegible] proventus [illegible] ecclesiastici [illegible]

[illegible]

Casus II. De congrua sustentatione, et [illegible] in [illegible]

90.

[illegible]

Congregatio LIV

Casus I. De venditore magna quantitatis tritici, an peccaverit illud vendendo pro 4. Ducatis in… [illegible] …arium, praevi[…] ob certam notitiam occultam adventum tritici emptorem fore ad inopiam deventurum ob decrementum pretii — fol. 101.

Casus II. An peccet venditor, qui eadem die de eodem panno vendit, ut sequitur, videlicet uni viginti ulnas pro summo justo pretio grossorum 40. alteri totidem ulnas pro pretio d. 45. habita fide de pretio usque ad annum. 3tio pro pretio 55. [illegible] ob periculum amittendi totum pretium — fol. 101.

Congregatio LV.

Casus I. Ad quid in conscientia teneatur [illegible] Mercator [illegible] qui totam suam mutavit […] ob supervenientem casum, qui ab eo […] [illegible] quod sibi solvi Duc. 1000. […] debitor, 500. ex mutuo sub hypotheca […] et 500. titulo usurarum — fol. 109

Casus II. Ad quid teneatur qui inducit Testatorem ad condendum aliud Testamentum et ad instituendum alium haeredem [illegible] inducit sine fraude, sine vi[…]

Congregatio LVI

Casus I. An maritus tuta conscientia dimittere possit uxorem per vim impraegnatam a viro [illegible] […] faciendo [illegible] et non allegando [illegible] divortii [illegible] […] [illegible] — fol. 116.

Casus II. De marito, qui [illegible] commisit [illegible] et de ejus uxore [illegible] publica et scandalosa adultera. Quomodo Confessarius agere debeat cum marito talia exponente? — fol. 116

Congregatio LVII.

Casus I De confessario, qui deprehendit paenitentem ex ignorantia inculpabili vivere in matrimonio nullo, quod si manifestaret, […] timet […] grave scandalum […] an omissa talis manifestatio […] absolvendo a peccatis? — fol. 124.

Casus II De confessario unico in loco, cui Titius confitetur ante horam habuisse copulam cum [illegible] quae illico post ingreditur [illegible] […] accusat […] an eam absolvere debeat? — fol. 124.

Congre

Congregatio LVIII.

Casus I. De absolutione à casu reservato et excommunicatione tempore Jubilaei: De poenitente, qui nequit implere requisita pro lucrando Jubilaeo: de adimpletis requisitis ... alia excepta visitatione Ecclesiarum requisita ... fol. 132

Casus II An quis, accepto ... reservatum, possit absolvi ex lucrato ... reiterando requisita ... fol. 132

Congregatio LIX.

Casus I. Concernit S. C. Macedonianum fol. 140.

Casus II. De lucro ex mutuo ... damnum emergens in ... expositis ... fol. 140.

Congregatio LX.

Casus I De concedente pecuniam ... ad emendos boves sub conditionibus in eo expressis ... fol. 148.

Casus II. De concedente mutuo cum conditione, quod sibi oppignoratis ... interea possit etiam cum aliqua deteriorattione: quodque si conditio restitutio tuto tempore non fiat ... nomine ... fol. 148.

Congregatio LXI

Casus I An poenitentia imposita à Confessario debeat peragi in statu gratiae fol. 156

Casus II. An satisfaciat coram Deo poenitentiae sibi a Confessario impositae eam suo arbitrio commutando in leviorem fol. 156.

Congregatio LXII

Casus I. An Parochus ad vitandum scandalum ortum in Populo propter introductum ... opus, et ob ... nem quorundam proventuum Ecclesiasticorum à suis antecessoribus neglectum, teneatur ab utroque abstinere fol. 164.

Casus II. An liceat uti levi mendacio officioso ad gravissimum crimen ex quo orirentur plurima scandala et peccata mortalia fol. 164.

Congregatio LXIII.

Casus I. De injuriante verbaliter, et alapam in vindictam recipiente ab offenso qui auxerit ex se in[illegible] occidit ob periculum vitae amittendae fol. 172.

Casus II. De occidente vagabundo tentente [illegible] fol. 172.

Congregatio LXIV.

I. De duabus capellaniis laicalibus cum onere celebrandi tres missas hebdomadatim in duabus Ecclesiis pro qualibet; sed respectu unius testator implicite locutus fuit, respectu alterius vero expresse dixit missas esse applicandas pro ejus anima. fol. 181.

Casus II. De capellania cum onere missae quotidianae. Sed successores capellani coeperunt restringere numerum missarum; actualis possessor autem dubitat an observantia 60. annorum introducta a suis antecessoribus usque ad annum quo excusat a celebratione [illegible] 181.

I

II

II

I

Pro Prima Congregatione habenda die 16 Aprilis 1733.

Quæ etiam eadem die 16 Aprilis habita fuit

Prolusio.

I Quæ singula hominibus, ad sententiam suam dicendam palam accedentibus, timorem facere consueverunt; ea mihi in præsens, si non universa, certè præcipua, se se objiciunt, Viri admodum Reverendi; Sive enim virorum convenientium præstantia afferre perturbationis aliquid potest, coram sagacissimis animarum magistris, coram prudentissimis plebium patribus, coram vigilantissimis Christi ovium pastoribus, mentem nostram aperiemus: Sive ipsa decisionum materia animum absterrere valet, in ea scientia versabimur, quæ universam doctrinam Evangelicam, disciplinam Ecclesiasticam, Sanctorum Patrum documenta, Summorum Pontificum, Sacrorumque Conciliorum decreta, et ordinationes complectitur: quæ earum rerum notitiam profitetur, quarum plena cognitio æternam beatitatem, ignoratio verò æternum exitium viris Ecclesiasticis, cumprimis autem animarum pastoribus, pollicetur.

II Quæ cum animo nostro obversarentur, veriti fuimus tam arduam provinciam suscipientes, ne nobis contingeret quod olim Phormioni Philosopho, apud Annibalem de rebus bellicis disceptanti, accidisse fertur.

III At ista quidem, cum re adhuc integra mecum initio ageretur, fortassis majore quadam cautione provideri poterant; nunc

nunc verò, cùm ratio suscepti muneris jam urget, et compellit
necessitas Illustrissimi, et Reverendissimi Capituli jussibus
obsequendi, cujus auctoritas et apud me plurimùm valet,
et apud vos pereque valere debet: videtis, quod verebar,
officium me ampliùs detrectare non posse.

IV Priusquàm autem gravissimo hocce munere fungi adoriar,
pauca de sana, et vera Theologia morali, animarum
pastoribus necessaria, prefari meditanti, exigua temporis
momenta ne denegetis.

V Cum vos, Venerabiles Viri, Spiritus Sanctus posuerit regere, ac
pascere verbo, et exemplo Christi oves, quas acquisivit sangui-
ne suo, et quarum pretium de manibus vestris requiret
in illa die justus Judex: omni tempore intellexistis,
vobis sedulò laborandum esse, ut, quantum pro sua infinita
misericordia Deus noster largitus fuerit, vestrum ministerium
Angelicis humeris formidandum, impleatis.

VI Id verò non alia ratione vobis assequi licet, quàm ope, et
presidio sane doctrine, in qua, ut monet Apostolus, potentes sitis
exhortari, et eos qui contradicunt, arguere; etenim cùm
vos esse debeatis lux mundi, sal terre, duces populorum
medici spirituales, nubes pregnantes, et onustae, ut quas
imber gratie Dei plebibus vobis commissis deferatur
nihil magis necessarium est, quàm ut Evangelice, ac
verè Christiane doctrine lumina, flammasque in animas
vobis concreditas emittatis, atque spargatis.

VII Dum autem vobis ex corde gratulari debeo, quod commen-
dabili industria vestra id precipuè comparastis, ut hanc,
que secundum pietatem est, doctrinam fueritis assequuti,
per viscera Dei nostri vos obtestor, ut eandem contra
omnes

2

omnis generis corruptelas illibatam servetis, et omnem contagionem, in moralem Christianam à pravis hominibus invectam, à vestris animis procul abigatis.

VIII Siquidem in eo potissimum relucere debet noster sacerdotalis zelus, ut à conscientijs eorum, qui nostræ vigilantiæ, ac custodiæ sunt commissi, omnia perniciosæ laxitatis principia expellamus: in eo resplendere debet pastoralis sollicitudo, ut omnes adulatrices opiniones, quas pater mendacij, ad obscurandum Christi Jesu lucidissimum Evangelij jubar, et ad puritatem sapientiæ Christianæ exquisitis cavillationibus depravandam, adinvenit, reprobemus, et aversemur.

IX Quamobrem nos, pro dirigendis hominum moribus, et pro resolvendis moralibus dubijs, id à Deo nobis jugiter postulemus, ut Jesu Christi Evangelium, verbum Dei scriptum et traditum, Sanctorum Patrum sententias, Sacrosanctæ Ecclesiæ canones et constitutiones, eo spiritu intelligamus, quo prolata, et scripta fuerunt: ne nimium fidentes proprio, ac privato ratiocinio, nostras, aliorumque conscientias infeliciter decipiamus.

X Considerare namque debemus, ingenij humani cæcitatem, si in rebus alijs magna, in moralibus majorem esse, quia in his tenebras intellectus plurimum auget voluntas nostra in malum post protoparentum peccatum inclinata; quamvis enim humani intellectus ratio sit quædam effusio, et emanatio divini luminis, tamen videmus, unumquemque solere discurrere ingenio, prout est affectus voluntate.

XI Quod non sine aliqui perpendentes, cum pro decidendis difficilioribus quæstionibus moralibus, Sanctorum Patrum, Sacrorumque canonum sententias, et sacræ scripturæ sensum

requirere

requirere, ac ponderare non curarunt, rationibus fallaci fuco depictis, ambitioni, avaritiæ, et carnalium hominum voluptatibus turpissimè fuerunt adulati.

XII Inde tot, et tam vanæ in omnibus fermè materijs moralibus laxitates, et corruptelæ, tot scandalosæ, ac falsæ opiniones, tot absurdissimi errores;* ad quæ convellenda maxima providentia invigilarunt tot Summi Pontifices, præsertim f. sanctæ memoriæ Alexander VII. Innocentius XI. Alexander VIII. et Innocentius XII.

XIII Vos itaque, Venerabiles animarum pastores, ut laudabiliter cæpistis, et in dies perseveratis, imposterum quoque pro virili conamini, ut bonam, et sanam moralem, à Jesu Christo unico, et optimo magistro edoctam, atque à Sanctis viris verbo, et exemplo constabilitam, sartam tectam conservetis, et custodiatis, certam spem habentes, quòd pastoralium vestrorum laborum, ac sudorum, et magna spiè inter homines commendatio, et æterna præmia sint in cælo apud Christum Jesum summum pastorem divinitus constituta.

XIV Alacriter ergo, et constanter urgere semel susceptum piissimum propositum, nec gravemini ad has, vestrum causa providentissimo majorum consilio institutas, congregationes, pro vestri officij obligatione sedulò convenire.

XV Interea tamen in id pariter totis viribus incumbere debemus, ut Evangelicæ doctrinæ tintinabula innectantur bonorum operum vestimentis, ne de nobis verificetur, quod aliud doceamus, et aliud agamus.

Post hunc discursum audientur resolutiones Vicariorum
et postea fiet electio casuum sequenti modo

ioina

Divino implorato auxilio devenimus ad decisionem bini casus à nobis pro hac prima congregatione propositi. Primus est tenoris sequentis.

* Lucius Canonicus, indicto à Capitulo concursu, et ab Episcopo examinatis concurrentibus, atque ex ijs quatuor approbatis ad curam animarum Ecclesiæ Parochialis S. Jacobi, quæ est una ex pluribus Ecclesijs Parochialibus ita perpetuò unitis, et incorporatis suæ Ecclesiæ, ut Vicarij in ijs constituti ad nutum, et beneplacitum Capituli sint ammovibiles: voto suo concurrit ad eidem Ecclesiæ S. Jacobi præficiendum Simplicium, qui est unus ex approbatis, sibi non tantum amicitiæ ac Sanguinis necessitudine conjunctum, sed etiam à pluribus magnæ auctoritatis viris commendatum: quo tamen judicat esse digniorem, et prædictæ Ecclesiæ utiliorem Fulgentium, cui etiam, agnito ut tali, à majori, et saniori parte capituli, præfata Vicaria collata fuit.

I In hac facti specie non immeritò dubitari potest, an Lucius Canonicus peccaverit mortaliter voto suo concurrendo ad promovendum in Vicarium Simplicium omisso Fulgentio digniore, et Ecclesiæ utiliore?

II Priusquam verò judicium nostrum desuper proferamus, advertimus Venerabilis memoriæ Innocentium XI. in Decreto die 2. Martij 1679. emanato, sequentem inter alias, ordine 47. propositionem damnasse: Cum dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, nisi quos digniores, et Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint, ad Ecclesias promoveant, Concilium vel primò videtur per hoc

digniores

digniores, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum
sumpto comparativo pro positivo; vel secundo loquitione minus
propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos,
vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus.

III Ex cujus propositionis damnatione tametsi videatur posse tantum
inferri, saltem in Episcopatibus, et Cardinalatibus eligendos
esse digniores, quia praefata propositio loquitur de sensu
cap. 1. de Reform. sess. 24. ubi Sacrosancta Synodus
requirit in eligendis Episcopis praesertim, et Cardinalibus, prae-
ferendos semper esse digniores.

IV Nihilominus communis, eaque certa est Doctorum sententia, eos
omnes quoque peccare mortaliter, qui scienter omisso dignio-
re sponte concurrunt ad promovendum minus dignum
ad aliquam dignitatem, aut beneficium curam animarum
pro foro externo, et interno, vel pro alterutro duntaxat
annexam habens.

V Quare mortaliter peccant tam collatores, quam electores, tam
patroni, etiam laici, quam ad promotionem proficiendorum
nullum jus habentes, adeoque omnes, qui quomodocumque
operam suam libere praestant, ut minus dignum omisso
digniore promoveant ad aliquam dignitatem jurisdictionem
quasi Episcopalem habentem, sive sit Abbatia, sive Vicariatus,
sive Prioratus nullius dioecesis, sive etiam Praelatura, et
Praepositura regularis, vel ut promoveant ad aliquod beneficium
pro foro tantum interno curam animarum annexam habens,
sive ~~sit~~ nuncupetur Archipresbyteratus, sive Archidiaconatus, sive sit
Plebanatus, et Parochia, sive etiam Vicaria perpetua.

VI Atque hujus sententiae certitudo desumitur ex ratione ab
ipsomet Concilio Tridentino inserta cap. 1. sess. 24. allegata
his verbis: meminerint, nihil se ad Dei gloriam, et
populorum salutem utilius posse facere, quam

bono

bonos pastores, et Ecclesiæ gubernatores idoneos promoveri studeant:
eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos
digniores, et Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem
precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus,
sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.
Hæc enim Concilii ratio, licet ibidem in progressu specialiter
applicetur ad promotionem digniorum ad Episcopatus, et
Cardinalatus; certum tamen est, eandem rationem militare etiam
in promotione digniorum ad præfatas dignitates, et bene-
ficia curata: cum etiam hi sint veri pastores, et Eccle-
siarum suarum gubernatores, et ex promotione digniorum ad easdem
magis promoveatur gloria Dei, et salus populorum.

VII Concordant sacri canones, volentes, ut ad prædictas dignitates, officia
et beneficia semper promoveri debeat magis dignus. Sic in
cap. unico §. Omnibus, Ut beneficia Ecclesiastica sine dim. Summus
Pontifex Innocen. III. reprehendens Archiepiscopum Medio-
lanensem, inquit: quia non ex affectu carnali, sed discreto
judicio debuisti Ecclesiasticum officium, et beneficium in
persona magis idonea dispensare.

VIII Idem Summus Pontifex in Cap. Constitutis, De Appellationibus
approbat, laudatque factum Episcopi Metensis, qui, vacante
Præpositura, die electionis præfixo per Patrem, et Filium
et Spiritum Sanctum in virtute obedientiæ, ac sub animæ
periculo Canonicos adjuravit, ut secundum Deum, et iuxta
conscientiam suam eligerent quem Ecclesiæ magis utilem,
et idoneum reputarent. Et in Cap. Quoniam, De
Jure patronatus, quod ex Concilio Generali, idest Lateranensi
tertio sumptum est, statuitur, ut si forte in plures partes
fundatorum vota se diviserint, ille præficiatur Ecclesiæ,
qui majoribus juvatur meritis.

IX Itaque naturalis ratio hanc veritatem demonstrat; siquidem
Ecclesiarum regimen est onus Angelicis humeris formidandum,
ut

ut loquitur Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. de Reform. ergo cum impossibile sit ad illud eum eligere, qui habeat omnia requisita, omnemque sufficientiam necessariam ad tantum munus; profecto debet eligi, qui plura ex requisitis habuerit, adeoque qui dignior judicatur: ergo peccant, et quidem mortaliter, qui ad tam grave officium scienter eligunt, vel quomodocunque operam suam prestant, ut promoveatur minus dignus, minusque idoneus, praetermisso magis digno, atque idoneo.

X Et ut verò isthaec tam inter Theologos, quam Canonistas nunc receptissima sententia, innixa argumentis hisce gravissimis, aliisque quamplurimis, quae in praesentiarum referre nec placet, nec vacat, omne dubium, quod hac de re moveri posset, valeat evacuare; nihilominus arbitramur, non imprudenter dubitari posse in proposita facti specie, an Sacinus Canonicus mortaliter peccaverit?

XI Jam quod mortaliter non peccaverit suadere videntur sequentes rationes.

XII In primis enim Concilium Tridentinum, sacri canones, et Doctores videntur loqui de Ecclesiis Parochialibus, quae sunt vera beneficia Ecclesiastica, quaeque conferentur in titulum perpetuum, vel etiam loquuntur de Vicariis perpetuis, quae, tametsi nomine alieno administrentur, tamen equiparantur Ecclesiis Parochialibus absolute talibus, ut patet ex Clem. unic. de Officio Vicarii, conferunt verum titulum canonicum, juxta Resp. in cap. 1. X. In diversis, de officio Vicarii, quae dict. idem est si quis habeat perpetuam Vicariam, sicut qui haberet Ecclesiam intitulatam: et ideo sunt vera beneficia Ecclesiastica, ut Cap. Postulasti 12. de Rescriptis habes his verbis: Non enim beneficio carere debet dici, cui competenter de perpetuae Vicariae proventibus est provisum.

XIII Cum tamen dicta jura, et Doctores, videntur loqui de Vicariis etiam ex natura sua non perpetuis, seu ad nutum, et beneplacitum concedentium revocabilibus, quae nullum titulum in beneficio confe:

conferunt, adeoque nec proprie sunt beneficia juxta commu=
nissimam, et certissimam Doctorum sententiam, quam
Sacra Rota millies in judicando fuit amplexata, teste Card. de
Luca de beneficijs disc. 80.

XIV Etenim licet hujusmodi Vicarijs demandetur in totum cura
animarum, totumque officium rectoris, et pastoris Ecclesiæ; nun=
quam tamen habent jus curæ, sed solummodo actum, et
functionem, seu administrationem ipsius; jus curæ autem,
seu jus in re respectu ipsius, remanet penes Collegium illud,
aut Capitulum, cui Ecclesiæ illæ Parochiales sunt incorporatæ,
et unitæ.

XV Unde hujusmodi Vicarij proprie nec sunt rectores, nec pastores,
nec parochi dictarum Ecclesiarum, sed denominationes istæ
cum suo proprio significatu de rigore juris competunt duntaxat Collegio,
vel Capitulo, qui sunt [illegible]: ipsi vero Vicarij, ut dicebamus, habent
solum exercitium curæ, suæ administrationi commissæ. Ad
differentiam Vicariorum perpetuorum, qui, tametsi nomine
Rectoris principalis curam administrent, vere tamen sunt
intitulati, nec ab Ecclesijs amplius removeri possunt, nisi propter
causas in jure expressas, ut manifeste deducitur ex juribus
antefatis.

XVI Cum igitur noster casus non loquatur de Ecclesia Parochiali
[struck through, illegible], aut de Vicaria perpetua, cujus
rector sit intitulatus, sed loquatur de Vicaria non perpetua, cujus
administrator sit ad nutum, et beneplacitum ammovibilis;
videtur dicendum, Lucium Canonicum non peccasse mortaliter.

XVII Atque ita decidendi motivum ex eo quoque videtur posse
desumi, quod cum Episcopus utrumque, Simplicium et Fulgentium,
examinaverit, et utrumque ad curam animarum simpliciter
approbaverit, Canonici eligentes Episcopi judicio possunt inniti,
et

et ex approbatis, quem malunt, in Vicarium deputare.

XVIII Quod confirmatur paritate Patroni laici; hic enim videtur esse securus in conscientia, quamvis omisso digniore praesentet dignum; quia hoc ipso quod Episcopus ~~in~~ instituit dignum, hoc suum judicium videtur exonerare conscientiam praesentantis.

XIX Demum tametsi Lucius Canonicus votum suum dederit Simplicio minus digno, hoc tamen suum votum fuit inefficax; quia reipsa non Simplicius, sed Fulgentius electus fuit in Vicarium. Unde, cum Canones, sicut et Leges, non respiciant intentionem aut conatum, sed ipsum effectum sequutum, ideo Lucius Canonicus non videtur subjecisse poenae peccati mortalis, si quam sacri Canones cominantur eligentibus minus dignum omisso digniore, etiam ad ejusmodi Vicarias.

Verum his, aliisque minime obstantibus

XX * Censemus, Lucium Canonicum peccasse mortaliter. Priusquam autem hujus nostrae sententiae veritatem demonstremus, supponimus veluti certum in Ecclesiis Parochialibus, alicui Collegio, aut Ecclesiae Cathedrali, vel Collegiatae perpetuo unitis, et incorporatis non semper deputandos esse Vicarios perpetuos, sed plures esse casus, in quibus, nec vigore Decreti Concilii Tridentini sess. 7 ~~sessi 7~~ cap. 7. de Reform., nec vigore Bullae S. Pii V, quae incipit Ad exequendum, et habetur Tom. 2 Bullarii Romani, potest Episcopus velle, ut constituantur Vicarii perpetui.

XXI Hujusmodi casus sunt, ut si talis unio a tempore immemorabili facta fuit. Si Ecclesiae sint pleno jure subjectae. Si habeatur ex privilegio Apostolico, ut deputari possint Vicarii ad nutum ammovibiles. Si adsit aliquod pactum vel concordia a Sede Apostolica approbata. Si pro bono pacis, et cessatione litium expediens videatur, nihil innovari. In his, inquam, ~~casibus~~, casibus, et nonnullis aliis, quos recenset Barbosa Juris Eccles. univers.

lib.

lib. 3. cap. 6. num. 6, et segq. in Ecclesijs Parochialibus unitis neque Epus deputari facere Vicarios perpetuos

XXII Nec desunt exempla, quae inter emicat illud hujus nostrae Insignis Ecclesiae Collegiatae. Nam quod haec plures habeat Ecclesias Parochiales, non tantum simpliciter sibi perpetuo unitas, sedetiam pleno jure subjectas, constat ex solemni instrumento concordiae, anno 1253. die 14. Augusti initae Patriarcam Aquilejensem Gregorium de Montelongo inter et Revdmum Capitulum; eandemque subjectionem probant litterae Summorum Pontificum Pij II. et Pauli IV. quas refert, et ponderat celebris Canonista Prosper Fagnanus ad Capit. Suae fraternitatis, De Clericis non residentibus, num. 11. et segq. ubi late disserit de eximijs jurisdictionis juribus huic Illustrissimo Capitulo competentibus.

XXIII ~~[illegible] que deputandi in eisdem Ecclesijs Vicarios ad nutum, et [illegible] praeter [illegible] Bullas Pontificias~~, id quoque exprimit Bulla Pauli IV., quae incipit, Cum a nobis petitur, emanata anno 1558. die 22. Septembris; et confirmant plures sententiae in contradictorio sequutae tam adversus Patriarcas Aquilejenses, quam adversus Vicarios ammotos, quae suum plenum habuere effectum, ut patet de sententia Sacrae Rotae anno 1526. latae adversus quendam Marcum Antonium Reginum Vicarium Ecclesiae Parochialis S. Andreae de Madrisio: et de ammotione Vicarij Sumbae, recenter, nempe anno 1708. sequuta et Venetijs ab Excellentissimo Advocatore Communis approbata inhaerenter ad Rescripta a Serenissimo Principe emanata circa annum 1568. et circa annum 1575., per quae declaratur, ita Vicarijs a nostro Capitulo deputatis, concedi et sumi posse possessionem temporalem, ut per hoc nec minimum praejudicium intelligatur inferri juri, quod habet, eos ad nutum ammovendi.

XXIV Hoc

XXIV Hoc ipsum jus exprimunt etiam, atque declarant litterę S. Congregationis Concilij datę sub die 6. Martij, anni 1584. et alię sub die 8. Maij ejusdem anni, et alię sub die 17. Septembris anni 1585. et directę ad ~~[illegible]~~ Vicarium Generalem Aquilejensem.

XXV. Sed et alia plura suppetunt documenta, quę in Archivio nostro asservantur, quibus hoc ipsum jus comprobatur; verum quia hujus rei veritas tam diuturna, et intermissa observantia confirmata, cuilibet vestrum ~~[illegible]~~ magis innotescat, quam mihi, non est, cur eidem demonstrandę diutius immorer.

XXVI Igitur redeat nunc sermo unde diverterat, et decisionem a nobis prolatam rationibus, et auctoritatibus stabiliamus.

XXVII Rectori principali, qui in casu nostro est Capitulum, jure naturali, divino, et humano incumbit omni meliori modo consulere bono spirituali Ecclesiarum Parochialium sibi unitarum; cum enim curę animarum nihil sit magis arduum, nihil gravius, siquidem est onus Angelicis humeris formidandum, nihil etiam esse potest, cui Capitulum sive Canonici majori studio, ac obligatione providere debeant; cum igitur dictis Ecclesijs sit magis consultum per deputationem Sacerdotum digniorum, et magis idoneorum: consequens est, Lucium Canonicum mortaliter peccasse votum suum dando Simplicio minus digno, omisso Fulgentio digniore, et Ecclesię utiliore.

XXVIII Verum scienter, et sponte eligendo Simplicium omisso Fulgentio, quantum erat in se, voluit esse causa omnium malorum, et peccatorum, quę ex promotione Simplicij minus digni, minusque idonei subsequuta fuissent, et voluit impedire omnia illa spiritualia majora bona, quę, uti suppono, providebat, potuisse provenire ex electione Fulgentij dignioris, et Ecclesię utilioris: quod quam grave sit peccatum nemo est sanę mentis, qui non intelligat.

XXIX Praeterea ad arguendum Lucium Canonicum peccati mortalis facit etiam hęc ratio, quod commisit crimen acceptionis

personarum

personarum, consistentij in eo, quod aliquid attribuatur personae propter proportionem meritorum ipsius; atqui acceptio personarum in spiritualibus, idest in ijs, quae Ecclesiastica munia, Sacramentorum administrationem, verbi Dei predicationem respiciunt, eo gravius peccatum est, quo spiritualia temporalibus praestant, ut docet S. Thomas 2. 2. quaest. 63. art. 2.

XXX Itaque ex hoc quoque capite conficitur, Lucium Canonicum peccasse mortaliter.

Quod autem idem Canonicus revera commiserit crimen acceptionis personarum evincitur ex eo, quod cum adesset Fulgentius dignior, omni jure eligendus tanquam mellior in comparatione ad bonum commune, votum suum dedit Simplicio minus digno quidem, sed quia amicus, quia consanguineus, quia recommendatus. Quid autem habet humana amicitia, aut sanguinis necessitudo, quod influat in spirituale, ac divinum ecclesiarum regimen? Quae ratio haberi potest mundanorum respectuum cum agitur de salute animarum Jesu Christi sanguine redemptarum?

XXXI Immo cum Concilium Tridentinum, et Sacri canones, inhaerendo juri naturali ac divino, ideo praeceperint digniores, et magis idoneos praefici debere Ecclesijs Parochialibus, quia existimarunt id vehementer conducere ad Dei gloriam, et populorum salutem promovendam: hoc ipso quod etiam in nostro casu magis promoveatur gloria Dei, et populorum salus per deputationem Vicariorum digniorum, et utiliorum; profecto ob rationis identitatem eadem quoque debet esse juris dispositio.

XXXII Siquidem cum ratio legis sit anima legis, ubicunque militat eadem ratio, fit extensio etiam ad casus in lege non expressos arg. l. Item veniunt §. Sit Senatus ff. de petitione hereditatis, et l. Illud cod. de Sacros. Ecclesijs, quibus concordat textus in l. cum Pater §. dulcissimis ff. de legatis 2. Unde merito Abbas in cap. ad audientiam num. 2. de decimis, dixit: habent se verba, et intentio, seu ratio

ratio, sicut corpus, et anima; nam sicut anima dominatur corpori, ita ratio Legis dominatur verbis.

XXXIII Atque hæc si ad evidentiam usque probant, Lucium Canonicum peccasse mortaliter, etiam præscindendo ab Edicto concursus, profecto circumstantia indicti concursus plusquam manifestissime convincit, eundem de peccato mortali.

XXXIV Etenim, quamvis non solum dum agitur de deputandis Vicarijs ~~[illegible]~~ ad nutum ammovibilibus: sed ne quidem cum agitur de proficiendis Vicarijs perpetuis, opus sit indicere concursum ut disponit laudata Bulla, ad Exequendum; si tamen tali observetur consuetudo, ut affigatur Edictum concursus, continens clausulam, Digniori, ut in nostro casu factum fuisse supponitur, omni dubio procul quilibet Canonicus peccat mortaliter contra justitiam commutativam, si reipsa non eligit eum, quem deposito omni affectu carnali, coram Deo, et in sua conscientia judicat digniorem et Ecclesiæ utiliorem.

XXXV Nam stante hujusmodi Edicto concursus initur inter Capitulum et concurrentes contractus innominatus facio, ut des: sisto me, ut conferas si dignior inveniar. Quilibet autem, vel primorum Juris elementorum gnarus, scit, violationem contractus seu nominati, seu innominati, si sit in materia gravi, qualis innegabiliter est nostra, esse grave peccatum contra justitiam commutativam. Ergo Lucius Canonicus votum suum dando Simplicio minus digno omisso Fulgentio digniori revera peccavit mortaliter. Ecclesiæ Parochiales absolute taxes, et

XXXVI * nec illatenus obstet differentia paulo ante allata ~~inter~~ Vicarias perpetuas inter et Vicarias ~~et~~ non perpetuas; quamvis enim in ratione tituli ac beneficij non conveniant, conveniunt tamen in hoc, quod tam Parochis absolute talibus ac ~~[illegible]~~ Vicarijs perpetuis, quam Vicarijs ad nutum ammovibilibus, tota animarum cura commissa est; totumque officium Rectoris, et pastoris Ecclesiæ demandatum, ut ipsimet gregi sibi concredito personaliter deserviant, illumque pascant et verbo doctrinæ, et exemplo vitæ, Sacramentorumque administratione, quæ munia eo utilius

eo utilius peragent, quo digniores, et magis idonei fuerint.

XXXVII. Atque huc respiciendo tam jus naturale, quam divinum, et Ecclesiasticum, volunt, ut semper dignior, et utilior preficiatur; adeoque cum in nostro quoque casu considerari debeat dicta spiritualis utilitas: tametsi Concilium Tridentinum et Sacri canones non expresse statuant ut etiam, cum agitur de Vicarijs non perpetuis, semper eligatur dignior, tamen ex rationis identitate necessario id debet inferri.

XXXVIII. Nec etiam juvat, utrumque Simplicium, et Fulgentium fuisse per Episcopum examinatos et simpliciter approbatos ad curam animarum; nam Episcopus ita eos approbando nihil potuit immutare circa obligationem, que ex vi utriusque juris naturalis, et divini, residet penes quemlibet ex Canonicis de eligendo eo, quem coram Deo noverit esse digniorem.

XXXIX. Falsum quoque est, quod pro hujus rei confirmatione adducebatur; Ita enim communis et certa Doctorum sententia Patronum laicum peccare mortaliter ad Ecclesias Parochiales, et quecunque beneficia curata scienter presentando minus dignum omisso digniore: nec aliam ob causam volunt jura ut Episcopus talem presentatum instituat, nisi ut vitentur infinite lites, calumnie, scandala, et dissidia que ex rejectione presentati ceteroquin digni passim enascerentur.

XL. Longe minus obstat, quod potiores loco subjungebatur; nam licet ad subeundum onus restitutionis requiratur effectiva damnificatio: et ad incurrendas penas per leges inflictas non sufficiat quodcunque attentatum, sed effectus ipse sequi debeat, attamen quod attinet reatum culpe, de quo nos hic querimus, sufficit vel sola prava intentio; Cum igitur Lucius Canonicus, nedum habuerit pravam intentionem eligendi Simplicium minus dignum, sed etiam reipsa votum suum eidem dederit, tametsi in effectu Fulgentius dignior electus extiterit, tamen nihil est, quod Lucium Canonicum excusare valeat a peccato mortali.

XLI. Si vero decisio nostra subsistat, supponi debet, sicut et nos supposuimus, Fulgentium notabiliter excessisse in meritis, et idoneitate Simplicium

Simplicium; nam si ejus dignitatis excessus judicatus fuisset pro valde modico, ac exiguo, crederem, dictum Canonicum non peccasse mortaliter, dummodo supponatur nihil eundem movisse carnem vel sanguinem, aut alium respectum humanum, sed sola merita Simplicij de se alias sufficientia, sed in comparatione alterius minora; siquidem, ut in pluribus similibus materijs, ita et in ista parvitas materiae excusat a peccato mortali, ut advertit Card. de Lugo disp. 35. de just. et Jure sect. 13. num. 21.

XLII Caeterum omnes illi, ad quos hujusmodi electionum jus spectat, advertere debent, quod major ista dignitas, et idoneitas non praecise mensuranda sit vel ex majori doctrina duntaxat, vel ex sola majori vitae probitate; nam, ut ait S. Thomas 2. 2. quaest. 63. art. 2: Contingit quandoque quod ille qui est minus sanctus, vel minus sciens, possit magis conferre ad bonum Ecclesiarum, vel propter dexteritatem, et industriam, vel propter majorem prudentiam.

XLIII Et sane experientia constat, esse nonnullos, qui tametsi sint docti, sunt tamen vel minus probi, vel minus providi; alios vero fulgere quidem morum probitate, sed vel propter inscitiam, vel propter scrupulorum anxietates ad alios gubernandos esse minus aptos.

XLIV Quapropter in praesenti materia ille judicandus erit dignior, qui consideratis omnibus et animi, et corporis dotibus, Ecclesiae utilior creditur esse futurus. Unde etsi quis quoad aliqua sit minus dignus, tamen potest censeri dignior, v.g. si sit ex gremio illius Ecclesiae; vel si sit ex patria, si populo sit gratior, vel alias similes qualitates habeat, ob quas utilior judicari valeat, ut advertit S. Thomas Quodlibeto . quaest. 8. art. 4. inquiens: Ille, qui de gremio Ecclesiae assumitur, ut in pluribus consuevit esse utilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam, in qua est nutritus.

Atque ita

Atque ita deciso primo casu, progredimur ad decidendum secundum, quem sic proposuimus.

*(a) Sed et, vacante simplici Ecclesiastica Capellania, habente redditus 30. Scutorum(?) Venetorum cum onere duarum missarum hebdomadatim celebrandarum, cujus liberę collationis jus ad prędictum Capitulum pertinet, idem Lucius Canonicus voto suo Titium dignum pretulit Cajo, quem noverat esse longe digniorem.

I In hac facti hypothesi dubitari potest, an, et qualiter peccaverit idem Lucius Canonicus?

Dubium hocce continet duas partes. Utrique paucis verbis satisfaciemus.

II Censemus itaque, Lucium Canonicum peccasse preferendo Titium minus dignum Cajo digniori: sed peccasse tantum venialiter.

Quod peccaverit probatur ex S. Thoma, qui 2.2. quest. 63. ad 1. ait: Si minus digni, et simpliciter, et per respectum ad bonum commune dignioribus preferantur, est peccatum acceptionis personarum in dispensatione spiritualium, quorum Prelatus Ecclesiasticus non est dominus, ut possit ea dare pro libito, sed dispensator, secundum illud Epist. 1. ad Corinth. cap. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. hactenus Angelicus Dr.

III Cum igitur Lucius Canonicus Titium minus dignum pretulerit Cajo digniori in collatione Capellanię Ecclesiasticę, cum sit beneficium, quę continet jus aliquod spirituale, revera commisit ~~peccatum~~ acceptionis in spiritualibus; quia si attendisset ad sola merita, ut oportebat, certe digniorem pretulisset minus digno; igitur, ex sententia S. Thomę, eligendo Titium minus dignum peccavit.

IV Idem docet S. Doctor 2. 2. quest. 63. art. 2. ad 3. quodlibet 6. art. 9. et alibi: et clara est hac de re sacrorum canonum dispositio, qui volunt, ut omnia beneficia Ecclesiastica ~~tam curata, quam simplicia~~ dignioribus conferantur, non distinguendo inter curata et simplicia. Sic in cap. unico, ut beneficia Eccles. sine d. simpliciter, et absolute dicitur: Non ex affectu carnali, sed discreto judicio debuisti ecclesiasticum officium, et beneficium in personam magis idoneam dispensare.

V. Et

V. Et meritò; cum enim omnia beneficia, etiam simplicia instituta sint, saltem secundario, ut premia meritorum, contra justitiam distributivam operatur, qui in ijs conferendis minus dignum prefert digniori, prout cum Doctore Angelico tradunt omnes fere Theologi et Canonistę: unde fit, Lucium Canonicum egisse contra justitiam distributivam, ideoque peccasse. in personas minus dignas

VI. Laedit, per collationem beneficiorum, etiam simplicium fieri injuriam factam omissis dignioribus ipsi quoque Ecclesię, quę censeri debet velle, ut bona a fidelium pietate oblata ad majorem Dei gloriam, ipsiusque Ecclesię utilitatem, conferantur, quod fit preferendo digniores minus dignis.

VII Praeterea hęc injusta simplicium beneficiorum distributio affert juvenibus clericis bonę indolis atque ingenij etiam illud prejudicium, quod plures clerici videntes, favore, precibus, ambitu, et humanis respectibus, non autem pietate et doctrina obtineri hujusmodi beneficia, ijsdem pravis medijs ea consequi nituntur, parumque curant eas sibi comparare dotes, quibus aliquando in vinea Domini utiles esse valeant. Itaque ex his quoque rationibus constat, Lucium Canonicum non posse excusari a peccato.

VIII Peccavit ergo, sed ut censebamus, peccavit tantum venialiter; Quamvis enim in sententia D. Thomę, quem sequitur S. Antoninus, Cajetanus, Sylvester, Covarruvias et quasi non omnes Theologi et Canonistę, conferre beneficia, etiam simplicia minus dignis omissis dignioribus, ex * genere suo sit peccatum mortale; dubitari tamen non potest, quin in certis casibus sit tantum peccatum veniale, si nempe agatur duntaxat de illis simplicibus beneficijs, et Capellanijs, quę vel habent solum onus celebrandi aliquas missas, vel tale habent annexum officium, quod eque facile ac bene expleri valeat ab habentibus minora, ac ab habentibus majora merita; presertim verò si habeant etiam tenues redditus.

IX Cum igitur Capellania, de qua loquitur noster casus, sit hujusmodi naturę ac qualitatis, dicendum est, Lucium Canonicum peccasse

tantum

tantum venialiter. Ergo ita decidendum suadere videtur omnis ratio. Duplex est enim finis institutionis beneficiorum tam curatorum, quam simplicium, primarius unus, nempe gloria Dei et Ecclesiarum utilitas, secundarius alter, nempe remuneratio meritorum: at sive unum sive alterum consideremus in casu nostro, dignum praeferre digniori non videtur esse peccatum mortale (praesertim si supponatur, quod hoc non soleat ut plurimum fieri) ergo dici debet, esse tantum peccatum veniale.

X Et sane quod attinet primarium finem, certe in nostro casu nec immediate, nec notabiliter impeditur gloria Dei, aut Ecclesiae utilitas, quia ut supponimus, simplex illud onus aliquot missarum celebrandarum aeque bene expletur a digno, quam a digniore, nec etiam inde imminet tanti mali periculum, sicut fit in praeferendis minus dignis ad officia, et beneficia curata; quod vero respicit finem secundarium, cum nec dignus, nec dignior habeant ullum strictum jus ad dictam capellaniam consequendam, profecto per praelationem minus digni nulla stricta injuria illata fuit digniori:

XI Nec obstat dicere, laesam fuisse justitiam distributivam, nam hoc non imus inficias, sed libenter et ultro affirmamus, ast simul contendimus, inordinationem in casu nostro commissam adversus justitiam distributivam non sufficere ad constituendum peccatum mortale. nemo enim ignorat, quod ut peccetur mortaliter adversus justitiam distributivam, materia debeat esse longe gravior, quam esse debeat dum peccatur contra justitiam commutativam. Quaenam vero materia universaliter sit sufficiens ut peccetur mortaliter contra justitiam distributivam, non potest facile determinari. * Pro praesenti decisione fundanda sufficit nobis judicium gravissimorum Doctorum, ut Soti, Navarri, Angeli, Henrici(?), et Toletensis, et aliorum, quos refert, et sequitur Thomas Sanchez tom. 1. consiliorum lib. 2. cap. 1. qui censent peccari tantum venialiter, dum in hujusmodi beneficiis simplicibus minoris momenti praeferuntur digni praeferendis(?) dignioribus, et hanc esse mentem S. Thomae colligitur ex q. 185(?) tradit Franciscus Sylvius 2. 2. q. 58(?) art. 2. [illegible] concl. 5.

XII Atque ita credimus conciliandam esse sententiam D. Thomae, ejusque sequacium, cum judicio auctorum mox citatorum, dicendo nempe quod, dum illi videntur absolute condemnare peccati mortalis dignioribus praeferentes minus dignos, etiam dum agitur de

bene-

beneficiis simplicibus, loquuntur de beneficiis simplicibus magni momenti, ut de singulis canonicatibus, praesertim si saltem mediate annexam habeant curam animarum, ut sunt Canonici illorum capitulorum, quibus incumbit onus regendi plures Parochiales Ecclesias, vel jus habent eligendi Episcopum. Auctores vero, quos citavimus pro nostra sententia, loquuntur de beneficiis simplicibus levioris momenti. Quod autem capellania, de qua nos loquimur, accenseri debeat beneficiis levis momenti, nemo prudens inficiabitur.

Pro Congregatione habenda

Die 20. ~~Aprilis~~ Maij 1780

Divino implorato auxilio devenimus ad decisionem Primi casus, pro hodierna congregatione a nobis propositi. Primus Casus. Primus est tenoris sequentis

* Cajus juvenis nobilis, ac dives, Bertæ, puellæ status notabiliter inferioris, quam ab alio corruptam fuisse solus præneverat

NB* amore deperiens: ut renuentem ad turpia pelliceret, ei serio quidem, sed ficte matrimonium promisit; verum puella gnara inequalitatis status, et ideo suspicans posse latere fictionem, non prius, nec aliter sui corporis usum eidem concessit, quam postquam ipsimet promittenti omnes matrimonij ineundi difficultates, et præsertim conditionis disparitatem, et parentum aversionem, ob oculos posuisset, et Cajus easdem item seriò, sed pariter ficte contempsisset, et promissionem suam ita renovasset, ut nec dicta puella, nec quivis prudens, posset amplius dubitare de fraude. Unde cum Berta ex copula taliter habita cum Cajo, evaserit pregnans, et propterea, nec cum alijs suæ conditionis, matrimonium sine competenti dote contrahere possit, non immerito proposuimus dubium

An Cajus satisfaciat suæ conscientiæ, Bertam competenter dotando: vel eam, promissioni sibi factæ inhærentem, ducere teneatur?

I Ut in decisione præsentis casus dilucide, quantum fieri potest, procedamus, præprimis advertere oportet, propositum dubium respicere duntaxat forum conscientiæ, seu forum internum; quærimus enim, an Cajus satisfaciat suæ conscientiæ, Bertam dotando, vel teneatur eam ducere: non verò se etiam extendere ad forum externum.

II Etenim

II Etenim pro re certa habemus, in foro externo eandem vim habere promissionem veram, ac fictam: et ideo [praeterea struck through], judex potest, et debet condemnare fictum promissorem ad servandum promissum, nisi legitime probet fictionem; siquidem in hoc foro nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit, ut ait l. Labeo 7. §. 2. ff. de Supellectile legata. Quare l. Generaliter 13. Cod. de non numerata pecunia, inquit: nimis indignum videtur, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, proprioque testimonio resistere.

III Quae juris dispositio non minus utilis, quam necessaria fuit: alias enim quivis facillimo negotio sponsalia in foro externo eludere, et ex iis sibi incumbens onus nubendi pro libitu removere posset dicendo: non vere, sed ficte promisi. Ex quo infinita proxemodum consequerentur absurda, ut cuilibet consideranti patet.

IV Atque haec matrimonium ineundi necessitas pro foro externo eo magis in casu nostro procederet, quia deceptor Cajus ne quidem admitti posset ad probandam suae promissionis fictionem, et simulationem, quae alias universaliter est difficillimae probationis; asserendo enim coram Judice se ideo simulate, ac ficte promisisse matrimonium Bertae, ut ab ea usum corporis obtineret, allegaret propriam turpitudinem, et per consequens se redderet suspectum, et indignum, ut ei credatur, igitur non deberet audiri per l. Transactione, juncta Glossa, et Bartolo ibidem Cod. de Transactionibus, et argumento cap. Inter dilectos de Donationibus. Judex itaque juxta sensum verborum promissionis, et repromissionis deberet condemnare Cajum ad ducendam Bertam.

V Sin, inquam, pro foro externo procedit nostrum dictum, sed dubitatur pro foro interno, in quo, ut ex promissione matrimonii oriatur obligatio ad idem ineundum, requiritur, ut promissio facta sit animo, et intentione se obligandi, juxta communissimam, eamque certissimam omnium Doctorum sententiam argumento l. Obligationum ff. de Actionibus, et Obligationibus

tionibus.

VI Et ratio est manifesta; cum enim Sponsalia sint mentio, et repromissio futurarum nuptiarum, ut ea definit l. 1. ff. de Sponsalibus, quae definitio coincidit cum ea, quam dat can. Nostrates caus. 30. quaest. 5.: pars essentialis eorundem debet esse vera, et sincera se obligandi voluntas; adeoque ut pro foro interno ex iis oriatur obligatio ad matrimonium nequaquam sufficit, quod ficte promittens exhibuerit consensum saltem externum.

VII Nam hujusmodi consensus, nempe in solis verbis, verborumque, aut signorum externorum figura consistens, sine formali consensu interno non valet, nec obligationem inducit per Textum clarum in can. Humanae aures caus. 22. quaest. 5. in cap. Tua nos de Sponsalibus et matrimonio, et in l. Simulate ff. de ritu Nuptiarum. Unde etiam tritum, vulgatumque habetur illud: Actus agentium non operantur ultra voluntatem eorum ut habet l. In eis ff. de acquir. rer. dom. juncto cap. fin. de Praebendis cum concordantibus.

VIII Quapropter, tametsi ficte promittens matrimonium graviter peccet, quia decipit in re gravi, et teneatur ad compensanda omnia damna, si quae alteri parti ex hujusmodi ficta promissione sequuta sunt; eo quod omnis injuste damnificans teneatur resarcire damnum sua culpa illatum, per vulgaria juris principia, et praesertim cap. fin. de injuriis, et damno dato quod sic habet: Si culpa tua damnum est datum, vel injuria irrogata, jure super his satisfacere te oportet.

IX Attamen si quis certo sciat, se non vere, sed ficte tantum ac simulate alteri promisisse matrimonium, Doctores ob rationem et jura paulo ante allegata, unanimiter docent, hujusmodi fictum promissorem coram Deo, et in foro conscientiae non obligari ad servandum suum promissum: adeoque,

exinde

exinde nullam oriri obligationem pro foro interno ad matrimonium ineundum, si aliter damnum injuste illatum sit reparabile.

X Itaque hæc ~~pedere~~ indubitate procedunt, quando cum ficta matrimonij promissione non concurrit etiam defloratio, vel copula et impregnatio. Sed quid dicendum si horum unum cum ficta promissione concurrit, prout in casu nostro evenisse affirmamus. Profecto non ita facile videtur posse decidi, quid tenendum.

XI Et quidem ~~...~~ in nostri facti specie si spectemus fictam promissionem ex dictis nulla exinde pro foro interno oritur obligatio matrimonium ineundi: si vero consideremus damnum ex ficta promissione, et subsequuta impregnatione illatum, cum hoc sit reparabile per competentem dotem, pariter exinde nulla consurgit obligatio ducendi Bertam: idque multo minus, quia et antea fuerat ab alio corrupta, et est conditionis notabiliter inferioris.

Nihilominus tamen

XII censemus, ajum non satisfacere suæ conscientiæ Bertam competenter dotando, sed teneri eam ducere.
Etenim quandocunque inter aliquos intervenit contractus innominatus do, ut des: facio, ut facias: si pars una contractum implevit, tenetur et altera in utroque foro eundem adimplere, tametsi ficte, ac simulate contraxerit, seu promiserit.

XIII Siquidem justitia commutativa exigit, ut si quis, sive vere sive ficte hujusmodi contractum innominatum cum alio ineat: et hic contractum, ac promissum sub conditione tacita, vel expressa reciprocæ adimpletionis ex parte sua adimplere paratus existit, alter hoc effectivum adimplementum acceptare non possit, quin naturali æquitate, ac ipsa justitia exigente obligationem naturalem, et in foro conscientiæ contrahat adimplendi ex parte sua, illud, intuitu cujus pars altera suum posuit adimplementum; adeoque si reipsa alter ex contrahentibus sponte acceptat factum ab altero

in

in contractum deductum sub conditione reciproce prestationis, sive vere sive ficte promiserit, velle quoque ex parte sua adimplere contractum, tamen in utroque foro tenetur prestare illud ipsum, sub cujus reciproce prestationis conditione, et non aliter pars altera suum posuit adimplementum.

XIV Et quidem talis fictus promissor tenetur in specie prestare illud ipsum, quod in hujusmodi contractum censetur fuisse deductum: tametsi pars altera ex facto suo nullum passa sit, nec patiatur damnum, immo tametsi supponatur, quod ex eodem commodum reportaverit.

XV Neque enim aliud pro alio invito creditori potest obtrudi, ut ait l. mutuum ff. de rebus creditis; quod procedit etiamsi illud aliud fuerit melius, quia nemini invito potest auferri jus ad rem sibi obligatam. Atque hinc est, quod non satisfit obligationi naturali prestando interesse loco facti in contractum deducti, si hoc prestari possit; sicut nec nomen, seu creditum invito dari potest in solutum, ut disponit l. cum a quo, ad. de solutionibus; uti nec pretium loco speciei promisse, cum aliud sit res, aliud pretium per text. in l. sicut aliud ff. de rer. permut.

XVI Negari autem non potest, quod in nostro casu revera intervenerit contractus innominatus, do, ut des. facio, ut facias, eo quod Ajus sponte, ac libere acceptavit usum corporis à Berta, quae non aliter eundem ipsi Ajo concessit, quam sub conditione, quod sibi reciproce matrimonium ab eodem prestetur: adeoque inter ipsos ita censetur fuisse conventum: concede mihi usum corporis, et te ducam: concedo tibi usum corporis, ut me ducas.

XVII Et per consequens hoc ipso quod Ajus sponte, ac effective acceptavit, et obtinuit à Berta usum corporis, taliter, et non aliter concessum, etsi ficte, etsi simulate promiserit matrimonium

matrimonium: nihilominus æquitas naturalis, et justitia com=
mutativa postulat, ut Ajus ineat matrimonium cum Berta
et ita in specie reddat, ad quod, usum corporis à Berta accep=
tando, et obtinendo, se obligavit.

XVIII Enim verò si quis à puella, quæ scitur ab alio fuisse corrupta, et
conditionis notabiliter inferioris, sub vera promissione matrimo=
nij obtinet usum corporis, in utroque foro tenetur eam
absolutè ducere, nec satisfacit dotando, ut habet unanimis,
et certa Doctorum sententia; Igitur etiam fictè promittens
(: casu quo nullatenus adverti potuit fictio, ut habet noster casus:)
hujusmodi absolutam ducendi obligationem contrahet, postquam
usum corporis ~~...~~ sub conditione matrimonij à puella concessum acceptavit,
et obtinuit.

XIX Ideo in casu copulæ habitæ sub vera promissione matrimonij, consurgit ~~hoc descendit ex natura contractus~~
obligatio ad matrimonium, quia id postulat justitia commutativa;
Sed hanc ipsam absolutam ducendi obligationem etiam pro
casu nostro inducit natura contractus innominati et justitia commutativa; etenim consideratis
omnibus juris naturalis principiis percipi non potest, quomodo
Ajus, etiam stante fictione, potuerit reipsa, et spontè
acceptare ac obtinere à Berta usum corporis sub conditione
matrimonij ab eadem concessum, quin ipse Ajus obligationem
ex justitia contraheret vicissim cum ea ineundi matrimonium.

XX Neque nobis dicatur, Ajum ab hac arcta ducendi obligatione re-
levari per suam internam fictionem, et simulationem.;
Quamvis enim Ajus internè protestetur, quòd non obstante acce-
ptatione usus corporis nolit cum Berta matrimonium inire,
tamen spontanea illa, et effectiva acceptatio usus corporis ita
et non aliter concessi, cum sit contraria tali protestationi interiori,
ideo ~~eam~~ eam ex naturali æquitate, et justitia commutativa ita per
enervat, elidit, et infringit, ut nullam vim habere valeat
ad impediendam antefatam naturalem obligationem; est
enim ineluctabile juris principium, quod acceptatio contraria
facto

facto non relevat, cum tollatur per factum contrarium arg. cap. 9. de Constitutionibus, et cap. Sollicitudinem de Appellationibus, quod multo magis verum est, quando protestatio non transgreditur limites intentionis internae, prout fit in casu nostro.

XXI ~~Atque ex hactenus~~ Atque tamen ex hactenus dictis potest inferri, etiam simplicem fictum promissorem matrimonii teneri ad ducendam eam, cui matrimonium ficte promisit; Quia verum quidem est, quod etiam ficte promittens matrimonium, etsi sub ficta spe sua promissione puellam nec defloraverit, nec cum ea copulam habuerit nec eandem impregnaverit, nihilominus peccaverit contra justitiam, promissariae gravem irrogando injuriam per protestationem internam verbis contrariam: et ideo, si ex hujusmodi ficta promissione damnum aliquod intulit, teneatur illud integraliter resarcire; *non tamen tenetur ducere deceptam:

XXII quia, cum inter deceptorem, et deceptam nullus intervenerit contractus innominatus, sed sola ficta promissio ex parte deceptoris quae de se nequit pro foro interno inducere obligationem ineundi matrimonium, idem deceptor satisfacit suae conscientiae, si de injuria irrogata poeniteat, et damnum exinde sequutum resarciat. Quia vero hujusmodi damnum supponitur perfecte reparabile, etiam sine matrimonio: hinc est, quod simplex fictus promissor matrimonii nec ex capite damni dati teneatur ad matrimonium.

XXIII At longe aliter discurrendum est in casu nostro. Nam tametsi Caius noster nec urgente ex vi fictae promissionis teneatur ducere Bertam; nec etiam urgente ex capite damni eidem per impregnationem illati, quia ad hoc reparandum sufficeret eam competenter dotare; attamen tenetur in conscientia eam ducere ex vi contractus innominati, qui exurgit ex effectiva voluntate Caii sponte acceptantis factum Bertae concedentis sui corporis usum, et ex effectiva concessione ejusdem usus corporis, facta a Berta sub expressa conditione matrimonii.

XXIV Nec

XXIV Inde fit magnam fore disparitatem inter simplicem fictum promissorem matrimonij, et eum qui sub ficta promissione matrimonij obtinet a puella usum corporis; Nam in illo casu promissaria non inducitur ad aliquid certum faciendum, prestandumve, nec vi ficte promissionis reipsa aliquid prestitit; In nostro autem casu Bertha promissaria ex vi ficte promissionis inducta fuit ad concedendum usum corporis quem etiam reipsa sub conditione matrimonij, et non aliter prestitit; adeoque ex accedente etiam effectiva acceptatione usus corporis ex parte ejus, confectus fuit contractus innominatus obligans ipsum, eum fictum promissorem ad prestandum in specie, quod in conventionem deductum fuisse censetur, videlicet matrimonium.

XXV Ex quibus colligitur responsio danda ijs, qui se ita opponerent: qui sub ficta promissione matrimonij deflorat puellam non tenetur eam ducere ex vi promissionis, quippe que ficta, et invalida est, adeoque ex terminis impotens producere obligationem in foro interno: nec etiam ex capite damni illati: si quod exinde puelle decepte sequutum est, utpote quod alia via supponitur esse reparatum, videlicet ita dotando puellam, ut possit nubere alicui paris conditionis; Itaque nullo modo tenetur eam ducere. Erat multo minus in adducta facti specie teneri tur ajus ducere Bertam: quia preterquamquod nonnihil ficte eidem promisit matrimonium, et damnum per impregnationem ejusdem sit reparabile per competentem dotem: obligationi eam absolute ducendi resistit etiam inequa Berte defloratio, ejusdemque notabilis status disparitas.

XXVI Responsionem, inquam, huic ratiocinio dandam, quasi preveniendo jam adduximus. Etenim libenter, et ultro affirmamus fictum promissorem matrimonij nec precise ex ficta promissione, nec precise ratione damni dati et sequuti ex copula sub ficta matrimonij promissione obtenta teneri ad matrimonium; simul tamen constanter, firmiterque censemus eundem obligari ad matrimonium ex capite contractus innominati, do, ut des: facio, ut facias qui inter hujusmodi promissorem, et promissariam intervenit.

XXVII Cum

XXVII Cum igitur in casu nostro revera intervenerit inter Cajum et Bertam hujusmodi contractus, aequitas naturalis, et justitia commutativa omnino postulat, ut, quod in contractum deductum est, nempe matrimonium, idem in specie reddatur; quia juxta jam dicta, aliud pro alio, etsi sit aequale, vel melius, invito creditori solvi non potest.

XXVIII Nec obstat, Bertam prius ab alio fuisse defloratam, sicut neque quod sit status notabiliter inferioris. Nam hoc ipso, quod praefato contractui innominato tanta insit vis, quanta inest verae promissioni, ut satis evidenter probatum censemus: quemadmodum ignoria notitia ejusmodi vel vitium non impedit ex parte veri promissoris necessitatem ducendi obligationem; ita neque ex parte ficti promissoris, de quo procedit noster casus, cujus circumstantiis fortiter, tenaciterque inhaerendo, certum est, hoc ipso, quod Cajus praenoverat Bertam fuisse ab alio corruptam, eandemque esse status notabiliter inferioris, et nihilominus sponte acceptaverit factum Bertae, nempe usum corporis sui reciproca obligatione matrimonii praestitum, nihil esse, quod Cajum excusare valeat a necessitate matrimonium ineundi cum Berta.

XXIX Caeterum si contra nostri facti speciem supponeretur, Bertam, non obstante seria externa promissione, et repromissione matrimonii, retinuisse, suspicari Cajum nonnisi ficte sibi promisisse, vel repromisisse; merito argui posset adversus eam, quod ex libidine potius, quam animo acquirendi matrimonium, et celebrandi contractum onerosum do, ut des; facio, ut facias, Cajo usum corporis concesserit, et consequenter cessaret ratio, et fundamentum obligandi Cajum ad matrimonium.

XXX In hoc enim casu Bertae nocet objici: ex ~~[illegible]~~ conjecturis facile potuisset colligere fraudem, et fictionem, ideoque voluisti decipi; paria autem sunt posse scire, et debere scire arg. l. Quod te ff. de rebus creditis; scienti vero, et consentienti non fit injuria, neque dolus, juxta cap. 27. de Reg. jur. in 6°.

XXXI Item cessaret in Cajo dicta obligatio ineundi matrimonium, si supponeretur, quod Berta decepisset Cajum, jactando se, aut fingendo se esse.

esse Virginem, cum non esset; quia in hoc casu dareter injuriarum
compensatio, et haberet locum ratio dispositionis contentæ in cap.
4. 6. et 8. de Divortijs, et in cap. 6. et 7. de Adulterijs, quod tempe
paria delicta mutua compensatione tollantur; Immò licet
Berta non decepisset: si tamen, dum ficte matrimonium
promitteret, existimaret eam Virginem, et postea comperisset non

XXXII. esse, non teneretur eam ducere.

Enim hujusmodi contractus innominati vis, et effectus ob omnes illas causas
impediretur, aut tolleretur, ob quas vera Sponsalia dissolverentur,
vel impedirentur.

XXXIII. Unde sicut vera Sponsalia ob fornicationem sponsæ sponsalia præce-
dentem, à sponso tamen ignoratam: ob fornicationem à sponsa post
sponsalia commissam, vel etiam vi passam: ob oscula, amplexus, aut
tactus impudicos à sponsa libere admissos, vel exercitos sive ante
* sive post inita sponsalia: ob notabilem supervenientem mutationem
corporis, animi, aut fortunæ, quæ si fuisset praevisa, sponsalia non
fuissent inita: ob graves inimicitias, et extraordinarias animorum
aversiones inter ipsos sponsos subortas: ob capitalia odia, et gravia
scandala, quæ inter Parentes, et consanguineos sponsorum orirentur
certò futura, nisi ante sponsalia praevisa fuissent, et nihilominus
inita fuissent. * In summa ob quamcunque talem notabilem
supervenientem mutationem, ut si illam pars altera scivisset aut
praevidisset, sponsalia certò non contraxisset.

XXXIV. Sicut, inquam, vera sponsalia ob hujusmodi causas vel dissolverentur
vel eorum obligatio tolleretur, aut impediretur, ita etiam ob unam
alteramve ex dictis causis cessaret vis, et effectus contractus inno-
minati, de quo nos loquimur, eò quod sit non major, saltem videatur
esse eadem ratio; ubi autem eadem est ratio, eadem est, etiam juris
dispositio arg. l. illud ff. de legibus.

XXXV. Et revera non apparet, cur, si causa, vel circumstantia aliqua sufficiens
est ad tollendam, vel impediendam obligationem ex promissione
vera provenientem, non sufficiat etiam ad tollendam, aut
impediendam illam, quæ occasione dictæ promissionis, et inde
sequutæ

sequutæ copulæ, ex contractu innominato, facio, ut facias, provenit in ordine ad ineundum matrimonium.

XXXVI Verum cum in nostri facti specie expresse supponatur, quod Berta ~~[illegible]~~ nullo modo sibi factam matrimonij repromissionem potuerit amaliis suspicari de fictione, ac dolo: nec etiam se Virginem esse jactanas, ejusm deceperit. Itidem expresse supponatur, quod ejus prenoverit Bertam ab alio fuisse defloratam, quod eidem cognita fuerit notabilis status disparitas, et praeviderit ceteras matrimonij ineundi difficultates sibi à Berta expositas, atque his omnibus minime obstantibus sponte ad eadem acceptaverit, et obtinuerit usum corporis sub reciproca matrimonij merce, et nonaliter à Berta concessum; et tandem cum nulla sit assignabilis alia legitima causa, ob quam obligatio descendens ex vera matrimonij promissione, in tali casu posset dissolvi, aut impediri: profecto tenendum est consistere, et perdurare vim nostri contractus innominati, et per consequens ejusm non satisfacere hac conscientiæ competenter dotando Bertam, sed teneri eam ducere.

Secundus Casus

Atque ita decisio primo casu progredimur ad decidendum secundum, quem sic proponimus.

Titius sponsalia cum Giulia contraxit simpliciter, et absolute sine ulla temporis determinatione pro matrimonio ineundo, et cum ea citioribus viribus potuisset commode adimplere, id distulit ad annum absque consensu dictæ puellæ, quæ nonnisi ex metu reverentiali, vel virginali pudore, exiendum adimplementum petere non est ausa.

* Unde dubitari potest an Titius per hanc dilationem peccaverit.

I Cujus dubij resolutio plus habeat utilitatis, quam difficultatis, ideo dilucide quidem, sed breviter exponemus, quæ hac de re mens nostra sit.

II Censemus itaque Titium per ejusmodi dilationem peccasse. Quamvis enim in illis obligationibus, in quibus tempus apponitur, dumtaxat dies determinata debeatur, quod in conventionem fuit deductum, nisi justa causa excuset, atq. absolutum ...

de Solutionibus, que sic ait: Solutum solvitur non minus quantitate quam die. Atque ob rationem, quod contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur, ut inquit cap. Contractus &c. ff. 1 in 6.o et quod pacta justa servanda sunt, ut precipit l. penult. Cod. de pactis. Quod procedit, etsi pars altera non urgeat, quia dies statuta interpellat pro homine. per text. in cap. fin. de locatione, et conduct.

III Tamen in obligationibus illis, in quibus nullum tempus determinatum est, adimplementum poni debet quamprimum commode fieri potest etiamsi ab aliqua ex contrahentibus parte monitio, aut requisitio non fiat.

IV Nam, ut l. in omnibus ff. de R. J. ait: In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, presenti die debetur, cui concordat textus in l. Item qui §. Quoties ff. de verb. oblig. que sic habet: Quoties autem in obligationibus dies non ponitur, presenti die pecunia debetur = et paulo post = verum dies adjuncta efficit, ne presenti die debeatur. Ex quibus ultimis verbis clare liquet, solam adjectionem diei seu temporis determinationem, non vero alterius partis taciturnitatem, efficere quod statim, idest pro prima opportunitate, non debeatur, quod in conventionem fuit deductum: et per consequens, si dies, aut tempus determinatum non est, statim, idest, quamprimum commode fieri potest, obligationis adimplementum prestandum est.

V Cum igitur Sponsalia Titii cum Julia sint de genere illarum obligationum, in quibus dies non apponitur, sed simpliciter, et absolute ineuntur (; siquidem casus propositus habet, Titium Sponsalia cum Julia contraxisse simpliciter et absolute sine ulla temporis determinatione pro matrimonio ineundo;) descendit in consequentiam manifestam, dicta Sponsalia obligasse Titium ad matrimonium contrahendum quamprimum commode fieri potuit,

potuit, etsi Caecilia non urserit eorundem adimplementum, sed per integrum annum tacuerit. Igitur Titius ~~[illegible]~~, cum pluribus vicibus intra annum commode potuisset matrimonium inire cum Caecilia; illud ita sine causa differendo omnino peccavit per rationes, et jura paulo ante allegata.

VI Atque ad ita decidendum urget etiam ratio a simili petita. Votum enim absolute, et simpliciter emissum absque ulla temporis determinatione, statim, idest, pro prima opportunitate obligat, ut tenet unanimis Doctorum sententia, patetque ex illo Deuteronomii cap. 23. v. 21. Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum:
+ Atque haec voti absolute emissi obligatio maxime procedit in illo, quo quis pro toto vitae tempore ad aliquid se obligat, ut exempli causa est votum ingrediendae Religionis. Ergo idem proportionaliter dicendum est de sponsalibus simpliciter, et absolute initis; cum enim etiam sponsus promittat toto vitae tempore conjugaliter vivere cum sponsa, et vice versa haec cum illo, tenebitur pro prima opportunitate promissum adimplere.

VII Nec subsistat disparitas, quae ex adverso posset adferri dicendo, ideo votum simpliciter emissum statim obligare, et ideo differentem ejus adimplementum sine causa peccare, quia in voto creditor, qui est Deus, semper censetur petere; non sic autem sponsa; adeoque dum non exigit sponsalium adimplementum, dum potest exigere ac petere, videtur liberae dilationi consentire, et per consequens nulla propterea eidem irrogatur injuria, ergo ita differendo sponsus non peccat:

VIII Haec, inquam, disparitas minime subsistit, eo quod sicut Deus voti simpliciter emissi adimpletionem statim exigit per Legem suam: Redde Domino vota tua: sic pariter sponsalium adimpletionem statim censetur exigere sponsa per Legem continuo clamantem, ut in omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, praesenti die debeatur. l. 14. ff. de R. J. Quod semper intelligi debet nisi de contraria contrahentium voluntate constet. In nostro

autem

autem casu tantum abest, quod in Cecilia Sponsa possit præsumi consensus in dilationem matrimonij, ut potius voluntas contraria colligatur; cum nonnihil ex metu reverentiali, vel virginali pudore sponsalium adimpletionem petere non ~~sit~~ sit ausa.

IX Nec ipsemet Sanchez, qui alias adversatur nostræ sententiæ in abstracto conceptæ, judicio ~~nostro~~ ~~in~~ super præsentis casus merito a nobis prolato manifeste adstipulatur. Quamvis enim ~~autumet~~ lib. 1. De Sponsalibus disp. 28. n. 2. autumet, tunc tantum sponsum teneri contrahere, cum alter petit; id tamen postea limitat in casu, quo alter ideo non petit, quia non audet; in hoc, inquam, casu et ipse ait, promissorem differendo non esse tutum, sed teneri statim habita commoda opportunitate implere sponsalia.

X Quod maxime pro fœminis advertere debent Parochi, et Confessarij; licet enim puellæ ut plurimum cupiant sponsalium adimpletionem, eam tamen per se petere non audent, vel non instant ob Parentum timorem ~~vel sponsarum timorem~~, vel etiam ex timore, ne sponsi tædio affecti desistant: quapropter sponsi monendi erunt de eorum matrimonij quamprimum fieri potest ineundi obligatione, quia sponsarum taciturnitas eorundem dilationem plerumque non excusat.

XI Diximus, plerumque; neque enim negamus, quod si ex circumstantijs sponsarum ~~sponsam utrumque~~ dilationi libere consentire prudenter colligi possit, prout nonnunquam colligitur, exempli causa, ex superventa morte Parentum alterutrius ~~utriusque~~ sponsi, vel ex alia hujusmodi circumstantia licite differri posse matrimonium a sponso:

XII Sententiam, quam nos in præsenti casu protulimus, summopere desiderandum foret, ut pro omnibus similibus casibus in praxi observarent Parochi, et Confessarij; quia teste experientia ex dilatione matrimonij post sponsalia præcedentia debiti?, plurima præjudicia, plurimaque oriri solent peccata, prætertim tactuum impudicorum, et fornicationum inter sponsos. Quod etiam considerans S. Congreg. Concilij apud Gallemart in Concil. Trid. sess. 24 cap. 1. provide sic statuit:

Monendi

Monendi sunt Sponsi, ut factis sponsalibus quamprimum contrahant matrimonium per verba de presenti coram Parocho, et testibus, ne sponte stupri periculum subeant.

L. D. S.

I

I

II

III

Pro Congregatione die 22. Junij 1733 habenda

Divino implorato auxilio devenimus ad decisionem bini casus à nobis pro hodierna congregatione propositi. Primus Casus è tenoris sequentis

Sempronius, et Lucilla, ut Sponsalia de futuro, simpliciter, et absolutè inter se inita, magis confirmarent, apposuerunt pœnam conventionalem quinquaginta aureorum, alteri solvendam ab eo, qui sine legitima causa ab eisdem resilierit; cum autem Sempronius ex post cogitaret

NB.* de dissolvendis dictis Sponsalibus, et de evitanda pœna eisdem apposita, init cum Lucretia Sponsalia de præsenti. Unde

* Oritur dubium: an Sempronius teneatur in conscientia solvere Lucillæ pœnam conventam?

I Sicut omnes contractus, ita et sponsalia de futuro ut obligationis effectum producant, etsi non indigeant ullius alterius vinculi consortio, quia omnia jura clamant, ut fides data servetur: nihilo tamen minus contrahentes, ut se fortius stringant, contractui, quem inter se ineunt, aliud quodpiam, vel etiam plura jure prodita ~~[illegible]~~ vincula solent apponere.

II Et speciatim loquendo, ut sponsalia de futuro eo magis constabiliantur, confirmenturque, non infrequenter jurisjurandi religione vallantur: ut ex ijs præter justitiæ, religionis quoque oriatur obligatio; et quoniam quorundam improbitas à præstitæ fidei violatione plus rerum temporalium amissione quam culpæ, vel perjurij reatu absterretur, jura fidejussionum arrharum, pœnarumque remedia suppeditarunt, ~~[illegible]~~.

III Cum autem ad præsentis casus decisionem, quis sit effectus fidejussionum aut jurisjurandi sponsalibus appositi, præscire nil conferat, quia

quia neutrum horum nostri facti speciem ingreditur: ideo pœnarum duntaxat, eidemque affinium arrharum naturam, et effectum juvabit prænoscere: ut constito quod juris circa arrhas, facilius de pœna, nostris sponsalibus apposita, valeamus legitime judicare.

IV Arrhas igitur, quæ nihil aliud sunt, quam quod Sponsæ a Sponso, vel vicissim traditur in argumentum, et pignus futuri matrimonij, licite, et valide in contractu Sponsalitio tradi, et accipi posse, omni est dubio procul, ob claram dispositionem L. Arrhæ, et L. Mulier Cod. de Sponsalibus, quæ Leges, cum universaliter, et indistincte loquantur, indistincte quoque ac universaliter debent intelligi arg.º L. de pretio ff. de public. in rem actione, et proinde in quavis quantitate, ac specie possunt constitui.

V Quia vero earundem amissio in duplum, cui inest simplum, per jamjam dd. LL. constituta, est pœnalis, ideo eam incurrit nonnisi qui a Sponsalibus injuste resilit; pœna enim esse non potest ubi non est culpa, per L. Sancimus Cod. de pœnis.

VI Neque tamen omnis injuste resiliens tenetur ad duplum, idest ad id quod accepit, restituendum, atque ad tantundem solvendum verum duntaxat, qui est legitimæ ætatis, nempe major, minor enim, nisi veniam ætatis impetraverit, tenetur tantum ad simplum, idest ad id, quod accepit, per textum clarum in L. 5. Cod. de Sponsalibus, quæ sic habet. Mulier juris sui constituta, arrharum Sponsalium nomine usque ad duplum teneatur, idest quod accepit, et aliud tantundem, nec amplius, si post completum vigesimum quintum annum, vel post impetratam veniam ætatis hujusmodi arrhas acceperit: In simplum autem, idest tantummodo in id, quod acceperit, si minoris ætatis sit.

VII

20.

VII Quæ ita procedunt, nisi aliter fuerit conventum: sponsi enim possunt inter se convenire, quod arrhæ etiam in triplo, quadruplove restituantur, ut præcitata §. Mulier cautum habetur his verbis: Nisi specialiter ex communi consensu inter contrahentes de quadrupli ratione placuerit.

VIII Et quamvis hujusmodi dispositiones procedant à jure civili, quia tamen Sacri Canones hac in parte non corrigunt Leges civiles, ideo de jure canonico quoque obtinebunt, per celebrem textum in cap. 1. de novi operis nunciatione.

IX Igitur, si in contractu sponsalitio arrhæ intercesserint, jure facta ideoque valida erit earundem appositio; an autem injuste resiliens à sponsalibus, sicut in foro conscientiæ tenetur ante omnem judicis sententiam restituere arrhas acceptas, et omne interesse damni dati persolvere: ita arrharum pœnam dupli legalem, ac etiam tripli, quadruplive conventionalem persolvere teneatur, in præsentiarum decidere nec lubet, nec vacat.

X Ut verò propius accedamus ad propositi casus decisionem, prius diluciandum occurrit, an Sempronius, et Lucilla pœnam illam quinquaginta aureorum sponsalibus potuerint validè apponere? Nam si non, inepte proposuissemus dubium, an Sempronius, à sponsalibus injuste resiliens, teneatur in conscientia solvere Lucillæ pœnam conventam? etenim quotiescunque pœnæ promissio est ipso jure nulla, nullam obligandi vim potest habere per elementaria juris principia. Si verò ejusdem appositioni jura minimè resistunt, ulterius inquirendum, an facto casu pœnæ, prout in casu nostro evenisse mox dicemus, statim adsit obligatio in conscientia eam alteri parti solvendi?

XI Quod primum attinet videtur dicendum Sempronium, et Lucillam non potuisse validè apponere sponsalibus pœnam illam

conven=

conventionalem quinquaginta aureorum; quia et Leges, et canones hujusmodi appositionem omnino prohibere, ac irritare videntur, ne matrimonii ineundi libertas aliqua in parte lebatur.

XII Et quidem inspecto Jure Civili statim occurrit Lex 5. Cod. de Sponsalibus, in qua ita expresse statuitur: Extra definitionem Legis hujus, si cautio poenam stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas vires habebit, cum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debeat. Huic concordat L. Titia ff. de Verborum obligationibus, ubi contra bonos mores, et inhonestum esse dicitur, vinculo poenae matrimonia adstringi: et in eundem sensum loquuntur etiam L. 2. Cod. de inutili stipulatione, et L. si stipulatio ff. de verborum obligationibus.

XIII Si vero inspiciamus Jus canonicum sese offert celebre capit. Gemma 29 de Sponsalibus, in quo contra appositionem poenae in sponsalibus factam Summus Pontifex Gregorius IX ita definit: Cum itaque libera matrimonia esse debeant, et ideo talis stipulatio propter poenae appositionem sit merito improbanda, mandamus, quatenus, si est ita, eundem, ut ab extorsione poenae desistat, ecclesiastica censura compellas.

XIV Ob hanc utriusque juris dispositionem viri gravissimi, ut Abbas, Barbosa, Joannes Andreas, Covarruvias, Gutierez, et alii comm: plures docere non dubitarunt, omnem poenam consistentem in diminutione proprii patrimonii ex partium conventione sponsalibus adjectam esse nullam, et irritam: Et hanc sententiam etiam D. Sanchez lib. 1. disp. 30. num. 2. amplexus fuit, addens, (sed male) hanc esse sententiam omnium Doctorum, imo disp. 32. per totum conatur (frustra tamen) probare, hujusmodi poenae promissionem

nequidem

nequidem jurejurando posse firmari: autumat enim, eam adversari bonis moribus civilibus cedentibus in prejudicium boni publici.

XV Verum et Patri Sanchez, et prelaudatis Doctoribus sua sit integra auctoritas, nos interim, qui magis rei veritatem assequi, quam Doctorum auctoritatem sequi affectamus, * Censemus, in Sponsalibus universaliter, adeoque etiam in casu nostro, adjectam pene promissionem subsistere, et validam esse.

XVI Nam hujusmodi pene appositio nullo jure prohibetur, minusque irritatur: non enim jure naturali, ut fatentur omnes: sed neque ullo jure positivo; non divino, ut certum est, nec etiam humano, civili aut canonico, ut mox ostendemus; cur ergo non subsistet?

XVII Et quidem, quod jure civili non prohibeatur, ex eo evincitur, quod citate Leges, nempe L. Titia, et L. si stipulatio ff. de Verborum obligationibus, et L. 2. Cod. de inutili stipulatione, et L. 5. Cod. de Sponsalibus, et his similes tantummodo loquuntur de tempore antiquo Romanorum, pro quo quivis pro libitu licite ac valide, adeoque juste poterat resilire non tantum a Sponsalibus L. 1. Cod de Sponsalibus, ibi = Alij desponsate renunciare conditioni, et nubere alij non prohibetur = sed etiam ipsum matrimonium rite contractum dissolvere: dummodo resiliens vellet subire penam a Lege resilientibus statutam, videlicet amittere arrhas, dotem, et donationem propter nuptias, prout patet ex toto Tit. ff. de divortijs, et ex L. Neque Cod. de Nuptijs, ubi libertas non tantum contrahendi sed etiam dissolvendi matrimonium statuitur.

XVIII Inde, ne ista a jure civili concessa libertas resiliendi a Sponsalibus, et matrimonio, minueretur, prohibitum fuit, alias, quam legibus positae sunt, apponere penas; cum autem Leges civiles sponsalium libertatem coarctaverint tantum arrharum

pena

pœna dupli, cui inest simplum, et permiserint solam conventionem in triplum, quadruplumve: consequens est, nullam aliam pœnam hoc jure valide potuisse in stipulationem deduci; immo hoc ipsum à L. 5. Cod. de Sponsalibus fuit expresse prohibitum illis verbis Si cautio pœnam stipulationis continens fuerit interposita ex utraque parte nulles vires habebit. Atque ob rationem in L. 19. ff. de verborum obligationibus, sic expressam: Quia contenti esse debemus pœnis Legibus comprehensis.

XIX Quoniam verò hujusmodi libertas pro libitu, et sine legitima causa à Sponsalibus, et matrimonio resiliendi per Legem Evangelicam et per Sacros Canones est penitus sublata, ita ut sine legitima causa ne quidem à Sponsalibus licite ac juste resilire ullus possit, *allegatæ hactenus Leges Civiles nostris hisce temporibus omni destituuntur vigore.

XX Cum enim tota ratio Legum Civilium prohibentium, alias, quam à se probitas, apponere pœnas, in eo duntaxat consisteret, ut conservaretur plenissima libertas semper, et pro libitu, valide, ac licite dissolvendi sponsalia, ac etiam matrimonium, ut patet ex lectura textuum; hoc ipso quod hæc ratio Legum universim per Legem Evangelicam cessare agnoscatur, quia dicta plenissima à Jure Civili concessa libertas de facto manet penitus sublata, et translata in necessitatem moralem nubendi, nisi legitima causa excuses; *abit in necessariam et evidentissimam consequentiam, prefatas Leges civiles, appositionem pœnæ prohibentes, nullum amplius habere vigorem, quia ratione Legis universim cessante, cessat Lex ipsa, arg.º L. in omnibus ff. de Actionibus, siquidem ratio Legis est anima Legis, ex can. consuetudo Dist. 1. et et L. cum ratio ff. de portionibus, quæ liberis &c.

XXI Atque ita funditus eversis fundamentis à jure civili petitis, ostendimus, nec à Jure Canonico prohibitam esse dictam appositionem pœnæ conventionalis, quia in Cap. Gemma,

quod

quod unice ex hoc jure in contrarium potest adduci est tantum
sermo de Sponsalibus invalidis utpote infra septennium cele=
bratis, ut constat ex illis verbis = ea occasione, quod inter Titium
filium tuum, et prædictam puellam infra septennium constitu
tos, sponsalia contracta fuerunt = Unde, quia ab hujusmodi
sponsalibus utraque pars juste resilire poterat, merito Papa
inhibuit extorsionem pænæ, in stipulatione deductæ, quia, ut ibi
ait Glossa, si sponsalia non tenuerant ergo nec pæna tenuit,
si enim principale non tenet, nec accessorium. Itaque argumento
ducto à contrario, si sponsalia valent, prout in casu nostro valere
seu valuisse affirmamus debet etiam valere pæna adversum eum, qui est
in culpa quod matrimonium non fuit initum.

XXII Nec juvat regerere, pænæ reprobationem in dicto capit. contentam non
fundari in nullitate sponsalium sed in ratione ibi apposita =
quia libera debent esse matrimonia = Nam, etsi hæc ratio videa=
tur esse universalis ad instar illius, quam adferunt Leges civiles,
utpote quæ iisdem verbis concepta est, cum tamen applicetur
ad decisionem procedentem in hypotesi nullitatis sponsalium,
ultra eam nequit extendi.

XXIII Enim vero si ex dicta ratione desumi posset prohibitio pænæ solvendæ
ab eo, qui injuste resiliret à sponsalibus valide initis, esset
ideo, quia etiam stantibus validis sponsalibus sacri canones requi=
runt plenam libertatem ad matrimonium ineundum: hoc autem
falsissimum est; quia contractis rite sponsalibus in Lege Evan=
gelica, nulla pars libertatem amplius habet à sponsalibus pro
libitu resiliendi, cum sponsalia sub peccato mortali, adeoque
sub pæna æterna obligent ad matrimonium.

XXIV Nec pro stabilienda nostra sententia negaens confirmemus argumentum.
Deus et Ecclesia gravioribus pænis, quam possit esse illa
pecuniaria à sponsis conventionaliter sibi mutuo imposita, co=
gunt, et adigunt sponsos ad matrimonium ineundum. Deus
enim sub pæna æterna damnationis, et Ecclesia sæpe sub
pæna corporali carceris, item sub pæna excommunicationis,
eos adstringunt ad matrimonium, et tamen per hujusmodi
pænas, quarum quævis gravior est præfata pæna pecuniaria,
non

non tolliter, nec læditur libertas ad matrimonium de jure canonico
requisita: ergo multo minus lædetur per pœnam minorem qualis
est pecuniaria conventionalis. ergo ratio fundata in libertate ad
matrimonium requisita minime potest obstare validitati pœnæ
sponsalibus apponendæ.

XXV Præterea licite ac valide apponuntur sponsalibus arrhæ in quavis gravi
quantitate, et conveniri potest, ut in triplo, quadruplove reddantur
ab injuste resiliente, per jura paulo ante allegata: atqui hæc
tripli, quadruplive redditio, ab injuste resiliente præstanda, est
vera pœna, ut constat ex §. mulier Cod. de sponsalibus: igitur
appositione pœnæ non tolliter requisita ad matrimonium libertas.

XXVI Nec relevat differentia ex adverso assignari solita, quod nempe pœna
tripli, quadruplive nomine arrhæ apposita non tollat libertatem
bene vero pœna conventionalis simpliciter apposita. Nam
hæc responsio est omnino ridicula, et indigna tantis viris; quis
enim minus metuet quadruplum arrharum, quod potest esse
exemp. caus. in mille, quam metuet quinquaginta pœnæ conven-
tionalis simpliciter appositæ?

XXVII Nec demum obstat plurium, gravissimorumque Doctorum auctoritas.
Nam in omnibus rebus, et dictis, quod præstantius sit seligi, repre-
hendendum non est. Atque tunc quidem, ut aliquid sequare
aut declinandum censeas, non eorum, qui aliquid aut faciunt
aut dicunt, habenda ratio: sed eorum, quæ fiunt, ac dicuntur
cognoscendus status est: sunt verba Novellæ 18. Leonis Impe-
ratoris, qui corrigendo in hac parte veteres leges, et pro
lege assumendo consuetudinem suo tempore vigentem, posi-
tive concedit apponere pœnam sponsalibus. Meminit etiam
sententiæ indictæ in §. 1. 4. 6 Cod. de veter. jure enucleand.
quæ sic habet: sed neque ex multitudine auctorum, quod
melius, et æquius est, judicatote, cum possit unius forsan et
deterioris sententia et multos, et majores in aliqua parte
superare.

XXVIII Et profecto non est viri docti clausis oculis aliorum authoritatem
sequi, rationibus, quas ipsi afferunt, non discussis; cum non
infrequenter contingat, plures rem perfunctorie examinare, quæ

postea

postea a paucioribus ex professo discussa improbabilis invenitur.
Ceterum eque plures sunt Doctores, quos pravitatis opponere
possumus; verum eos modo malumus praeterire, quam recensere,
ut citius properemus ad presentis casus reso-
lutionem.

XXIX Constat ergo penam per Sempronium, et Lucillam Sponsalibus adje-
ctam, jure fuisse adjectam, et proinde subsistere; quia, ut
casus supponit, Sempronius fuit in culpa, quod matrimonium
cum Lucilla non iniit; * attamen non propterea constat an Sem-
pronius simpliciter, et absolute teneatur in conscientia persol-
vere dictam penam Lucillae.

XXX Nam dubitari potest, an Sempronius tunc primum hujusmodi obliga-
tionem contrahat, quando Lucilla petierit: imo, an solummodo
post judicis sententiam.

XXXI * Nos censemus, Sempronium injuste resilientem non teneri
in conscientia solvere sepefatam penam conventionalem, do-
nec Lucilla eam petat, ea tamen petente statim teneri,
nulla judicis sententia expectata; Quia, tametsi pena, que impo-
neretur ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, foret debita
in conscientia, etiamsi pars altera non peteret; quia hoc
est naturale omni contractui, ut injuste resiliens damnum
resarciat; si tamen pena sit pure conventionalis, ut est pena
de qua loquimur, non est obligatio in conscientia eam solvendi
nisi exigatur; cum enim sit nimis durum hujusmodi penas
in se exequi, prudenter existimari non potest, quod contrahentes
ad hoc voluerint se obligare; hinc est quod si alter non
exigit, censetur remittere.

XXXII Sufficit autem, ut haec petitio fiat etiam extrajudicialiter. nam
universaliter penam conventionalem apponentes contractibus non
presumuntur se voluisse obligare ad molestam implorationem
judicis, et multo minus expectare ejus sententiam; sed inter-
dixisse, quod, ~~sicut iudici exequenti~~ legis penam non licet
resistere, ita petenti penam ex conventione debitam, ter
statim ei persolvi debeat; petitio enim illa in pena conven-
tionali, ex presumpta contrahentium voluntate, eam vim

vim habet, quam habet sententia judicis declaratoria, dum agit de exequenda pœna legali; quare sicut in persolvenda pœna legali desideratur sola judicis sententia declaratoria, ita, ut adsit obligatio in conscientia solvendi pœnam conventionalem sola creditoris petitio requiritur. Et ita sentiunt Card. de Lugo. Covarr. aliique quamplures.

Sic deciso primo casu, progredimur ad decidendum

Secundum, quem sic proposuimus.

* Berta impregnata a Titio adultero, vult inire matrimonium
* cum Cajo, ut ita declinet infamiam aliter inevitabilem:
NB.* sed cum adducere non possit Titium, ut damna sustentationis, et participandæ hæreditatis, Cajo, et prolibus legitime nasciturris, præcaveat: nec ipsa ex proprijs hujusmodi damna compensare valeat.

Inde oritur dubium, an Berta tuta conscientia possit nihilominus matrimonium inire cum Cajo.

I A pluribus difficultatibus, quæ occasione præsentis dubij resolvi possent, prætermittemus, et breviter mentem nostram circa propositam facti speciem exponamus.

II Certum est, quod defectus tam repugnantes substantiæ et fini matrimonij, quam continentes aliquod impedimentum dirimens, sive ante, sive post sponsalia eveniant, debeant a sponsis respective manifestari modo congruo, nec ijsdem prorsus dissimulatis possint unquam tuta conscientia matrimonium inire, etiamsi hoc videretur necessarium ad evitandam infamiam.

III Cum vero defectus, quem Berta ex impregnatione contraxit, non est illiusmodi naturæ, sed possit tantum matrimonium cum Cajo ineundum reddere difficilius, et eidem, prolibusque legitimis inferre damnum temporale, quod est inferioris ordinis damno famæ, quod alias Berta

supponitur

supponitur certò passura.

IV Hinc potest videri dicendum, Bertam, non obstante, quod nequeat adducere Titium adulterum, aut eundem quomodo modo occulto cogere ad precavenda damna ~~sequutura~~ sequutura Cajo, et prolibus legitime nasciturisex sustentatione prolis adulterinæ, et ex participatione hæreditatis, nec ipsa ex bonis paraphernalibus, aut aliter valeat hujusmodi prejudicia avertere: posse nihilominus pro declinanda infamia matrimonium inire cum Cajo prefati defectus prorsus ignaro.

V Nam tametsi Berta, in casu, quo absolute posset aliter declinare infamiam, v.g. pariendo alibi; non posset matrimonium prius inire cum Cajo, ut per se satis constare judicamus: si tamen nullo modo, ut noster casus supponit, possit vitare infamiam ~~[illegible]~~ nisi ineat matrimonium, videtur esse tuta in conscientia, si cum eodem matrimonium contrahat sub suscepta strictissima obligatione justitiæ, ut, quomodocunque poterit, compenset Cajo, et prolibus legitime nascituris prefata damna, vel procurando suo tempore, ut proles adulterina ingrediatur Religionem, aut quocunque pretextu etiam invita domo ejiciatur.

VI Et ad hanc sententiam suadendam non una suppetit ratio, sed plures: in primis enim nemo tenetur se infamare publice ad cavendum, ne ex actione sua jam posita, quam infectam reddere nequit, alius patiatur damnum in bonis fortunæ, quæ minoris sunt estimationis, quam famæ, tunc siquidem censetur potius permittere damnum alterius, quam positive inferre; quod multo magis procedit, quando incertum est an ~~[illegible]~~ hoc damnum fortunæ sit sequuturum, ut est in casu nostro; quia incertum est, an proles ex Titio adultero concepta sit nascitura; et

super-

supervictura, plurimi enim fœtus emanent, et multi nati emoriuntur.

VII Et ratio ulterior est, quia Cajus, suppositis talibus circumstantijs non videtur rationabiliter invitus ad talia damna fortunæ subeunda: vellet enim sibi hoc fieri, si esset in tanto famæ discrimine, in quo Berta facti pœnitens versatur.

VIII Atque confirmatur duplici paritate, quia si Berta non posset aliter vitare infamiam istam, quam illam spurium prolem exponendo ante ostium Caji, non peccaret si exponeret dummodo nulla suspicio, vel infamia redundaret in Cajum et Berta esset parata, quantum in se est, compensare damnum causandum Cajo ratione prolis alendæ: Igitur Berta in circumstantijs casus propositi poterit quoque matrimonium inire cum Cajo, quia in substantia, et quantum est ratione damni videtur esse utrinque eadem ratio.

IX Pariter si Berta postquam esset in matrimonio cum Cajo ~~et~~ concepisset ex Titio adultero, non teneretur cum infamia sua, nequidem soli marito Cajo, hoc significare, sed tacere potest, et permittere damna Caji, et prolium legitimarum etiam in casu, quo nullo modo posset hujusmodi damna compensare: ergo similiter Berta in casu nostro poterit, ad salvandam famam, matrimonium inire cum Cajo, et permittere ejusdem, et prolium legitimarum damnum.

X Tandem, quamvis Berta fortasse non possit tuta conscientia matrimonium inire cum Cajo in casu, quo impregnata fuit a Titio adultero ante inita sponsalia cum Cajo, poterit saltem in casu, quo supponatur sequuta fuisse hujusmodi impregnatio post sponsalia valide inita cum Cajo.

XI Verum, his omnibus minime obstantibus: hypotesi ~~suppositis~~
Censemus, Bertam nec in una, nec in ~~alia~~ ~~conjunct~~ ~~circumstantijs~~ ~~[illegible]~~ posse tuta conscientia matrimonium inire cum Cajo defectus impregnationis ignaro.

XII Nam

XIII Nam, quamvis sponsus, vel Sponsa, laborantes uno, aut pluribus defectibus, ante vel post sponsalia contractis, qui non praevidentur futuri notabiliter noxij alteri conjugi, vel legitimis prolibus, nec faciunt matrimonium notabiliter difficilius, etsi reddant minus commodum, minusque appetibile, et sint etiam tales, qui si fuissent praecogniti vel non fuissent inita sponsalia, vel etiam fuissent dissoluta: possint nihilominus, per se loquendo, absque peccato, tum inire sponsalia, tum ad inita adimplenda compellere alteram partem hujusmodi defectuum ignaram.

XIV Et ratio est, quia ita usu communissime videtur receptum; esset enim nimis durum obligare desponsandos ad omnes hujusmodi defectus detegendos: adeoque merito relinquitur alteri sponso, ut in ejusmodi vitia sipsemet inquirat, et si prius non instituerit accuratiorem inquisitionem, sibi debet imputare.

XV Unde Doctores communiter solent inferre quod, si unus sponsorum laboret deformitate etiam notabili, aliqua infamia, ignobilitate, paupertate, si sponsa sive ante sive post sponsalia fornicata sit, vel aliquod aliud hujusmodi habeant, ordinarie possunt tacere, sponsalia inire, et post contracta alterum ignarum cogere ad matrimonium.

XVI Quamvis, inquam, per se loquendo, absque peccato possint cum hujusmodi defectibus, et sponsalia inire, et post inita sponsalia matrimonium contrahi; tamen tuta conscientia non fieri potest, dum agitur de defectibus, qui vel matrimonium sunt redditum notabiliter difficilius, vel sunt alteri extituri graviter noxij.

XVII Cum igitur Bertae impraegnatio sit defectus hujus generis, etiamsi supponeretur post inita sponsalia cum Cajo supervenisse, non potest cum eodem ignaro matrimonium tamen tuta conscientia contrahere.

XVIII Etenim, si peccat contra justitiam, qui vendit mercem valde vitiosam vel noxiam, maxime si hoc vitium occultum ab altero deprehendi non possit, ut de lignis putridis traditur in L. Julianus

Julianus ff. de act. empt. et vend. et explicatius habetur in Aedili-
tio Edicto, quod de venditionibus morbosorum, vitiosorumque manci-
piorum, animaliumque conceptum est: quod licet tantum loqua-
tur de mancipiis, fugitivis, erronibus, noxa non solutis, et ju-
mentis; quibus quid aptet morbi, vel vitii, quod usum eorum mini-
steriumve impediat; pertinet tamen et ad omnem rem emptam
per textum in l. 1. ff. de Aedilitio edicto.

XIX Quando magis peccaret contra justitiam Berta si, stante impregnatio-
ne cum Titio adultero, matrimonium iniret cum Cajo? Nam
praeterquamquod prudentissime timeri possit, ne, post initum matrimo-
nium Cajo maritus innotescat suum vitium, et idcirco exoriatur
contumax et capitale odium, pessima tractatio, vel etiam graviora
mala, se etiam exponit ~~putativo~~ evidenti periculo injuste damnificandi
Cajum et proles legitimas, adeoque laborat vitio, quod reddit
matrimonium valde difficile, atque Cajo, et legitimis prolibus
summopere noxium, et perniciosum: igitur ita matrimonium Berta
ineundo graviter peccaret quamvis firmissime proponeret prae-
cavere, aut compensare illa damna Caji, et prolium legitimarum;
quia cum ipsa Berta supponatur destituta omnibus mediis,
nec spurius teneatur credere matri asserenti se esse talem,
si hujusmodi damna non sunt absolute irreparabilia, saltem
difficillime ~~compensari~~ reparari possunt, quod sufficit ut Berta se exponat damnificandi
periculo inducente grave peccatum.

XX Neque obstat ratio aliqua, pro qua servanda Berta videtur potius
praefata damna permittere, quam positive causare. Nam
falsum est, quod Berta, ita ineundo matrimonium, habeat se
tantum permissive quoad damna exinde sequutura; hoc
ipso enim quod possit vel non inire sponsalia cum Cajo, vel
post inita abstinere a matrimonio, libere nihilominus ine-
undo matrimonium, vult positive damnum inferre Cajo, et proli-
bus nasciturus.

XXI Ex quo patet responsio ad paritatem de impregnatione post matri-
monium cum alio sequuta; in hoc enim casu cum uxor
adultera ~~[illegible]~~ salvo jure, quod habet ad famam

supponatur

supponatur non posse aliter impedire damna ex adultera impregnatione inferenda, jure potest tacere, et stante jam actu noxio, quem infectum reddere nequit, nullum alium actum positivum ponit, ex quo valeat inferri positiva nocendi voluntas.

XXII At in casu nostro res longè aliter se habet, quia quamvis Berta à Titio adultero impregnata, hunc actum infectum reddere nequeat, tamen potest ommittere matrimonium cum Cajo; si igitur vult illud contrahere, simul etiam vult positive praefata damna inferre*. (Atque exinde patet disparitas inter taciturnitatem uxoris adulterae, et actum positivum sponte ab alio impregnatae volentis matrimonium inire; illa enim habet se tantum negative, haec vero positive vult damna inde sequutura.) Et per consequens infertur, uxorem adulteram tale jus habere ad famam, ut non teneatur prodere, sicut nec prodere tenetur sponte ab alio deflorata ~~impregnata~~, hanc vero non habere ad famam ~~[illegible]~~ tale jus, ut matrimonium ineundo, à quo potest abstinere damna inde consequentia inferat. Igitur Berta non habet jus ad famam cum positiva injuria Caji, et prolium, sed culpae suae imputare deberet infamiam si quam fors contraxerit extra ex defectu non initi matrimonii.

XXIII Minus obstat altera paritas de expositione prolis ante domum, quia si Berta exponeret ante domum vel etiam in domo Caji prolem spuriam, posset Cajus si vellet, non acceptare, sed vel deponere alibi, vel adferre ad superiores, quorum esset providere, aut si horum neutrum vellet facere, liberè admitteret: in nostro autem casu esset prolis invitus, et cogeretur innocens, et nihil sciens, damnum injustum subire.

XXIV Ex quibus evidenter infertur falsam esse illam praeadductam rationem quod nempe in circumstantiis nostri casus si Cajus esset loco Bertae rationabiliter velle posset, quod vellet Berta, idest matrimonium inire; nam hoc non posset velle nisi imprudenter, et injuste; uti constat ex rationibus hactenus expositis.

* In casu quo alias foret periculum mortis subeundae si v.g. matrimonium non ineundo fornicatio patefieret per partum, Sob. et alii dicunt posse matrimonium inire et impregnationem dissimulare ad servandam vitam.

IV

Pro Congregatione 28. July 1733.

Divino implorato auxilio devenimus ad decisionem bini casus, à Nobis pro hodierna Congregatione propositi.

Primum sic proposuimus

* Cajus filiusfamilias, cupiens matrimonium inire cum Berta, quam ejus parentes alij desponsandam destinaverant, ambo, caeteroquin

NB. nullo impedimento irretiti, neglectis canonicis denunciationibus se Parocho, nihil simile cogitanti, et assistere recusanti, praesentarunt, et coram eo, ac testibus matrimonium per verba de praesenti ita contraxerunt, ut Berta consensum suum exstiterit duntaxat his verbis. Contenta sum, si pater tuus consentiet; cum autem neuter exhibitum consensum retractaverint, et post triduum pater Caji in matrimonium sibi relatum consenserit, se affectu maritali carnaliter cognoverunt nullo alio praestito consensu coram Parocho, et testibus. Unde

Oritur dubium, an Cajus et Berta jure potuerint se affectu maritali carnaliter cognoscere?

I Cum omnis carnalis amplexus sit fornicarius inter eos, qui matrimonij vinculo non junguntur, si Cajus, et Berta pro tempore, quo se carnaliter cognoverant, hujusmodi nexu non adstringebantur, nemo prudens in dubium revocare potest, an affectu maritali se committere potuerint? Igitur tota ratio dubitandi circa propositam facti speciem reducitur ad matrimonium, videlicet, an subsecuto consensu patris Caji, dicti contrahentes effecti fuerint veri conjuges, quin denuo coram Parocho, et testibus per verba de praesenti contraxerint.

II Ut autem hac in re accurate, quantum fieri potest, procedamus, imprimis meminisse debemus sententiae contentae in Cap. 16. de Regularibus, quod sic habet. multa fieri prohibentur, quae si tamen facta

facta fuerint, robore firmitate non destituentur. Itaque sin presentiarum diligenter secernere debemus id quod est illicitum ab eo, quod est invalidum: quod postquam praestiterimus, proclive erit ad propositum dubium respondere.

III Ex igitur juris principiorum conjectando, quod non omnia, quae propter legis prohibitionem non licent, continuo sint etiam irrita, pro primus valet illicite factum judicamus, quod, ejus filius familias irrequisitis propriis parentibus se determinavit ad matrimonium ineundum cum Berta. Quamvis enim filiifamilias, ut valide contrahant, tam sponsalia, quam matrimonium, consilio, aut consensu Parentum non indigeant, ut docet universalis Tribunalium Ecclesiasticorum praxis, et constituitur in textu can. Sufficiat Causa 27. quaest. 2. Capit. Veniens, de Sponsalibus, et Decreto Concilii Trid. sess. 24 cap. 1. de Reform. matrimonii, quibus juniores sublata manet dispositio Legum civilium contrarium disponentium uti patet ex §. 1. Instit. de Nuptiis, et ex l. in sponsalibus §. 1 ff. de Sponsalibus.

IV Nihilominus, ordinarie loquendo ad sponsalia, et multo magis ad matrimonium licite contrahendum, requiritur, ut liberi prius desuper saltem consulant parentes; tum quia ipsa naturalis ratio dictat, non debere filios absque praevio saltem consilio Parentum, sub quorum cura sunt, aggredi negotium tam arduum, quale est matrimonium, utpote a cujus prudenti electione plerumque et temporalis, et aeterna pendet felicitas, vel infelicitas; praesertim cum in hoc caeci amoris vesania improvidam juventutem graviter decipere soleat; tum quia filii, se insciis parentibus despondentes, gravem irreverentiam eis irrogant, eosque vehementer contristant, quod utinam frequens non doceret experientia.

V Dicimus autem ordinarie loquendo; neque vero negamus, filios posse quandoque, inconsultis parentibus, sponsalia, et

matrimo-

matrimonium contrahere, si nempe adsit gravis, et rationabilis causa eos non consulendi, ut si ex circumstantiis possit prudenter colligi, quod consulti matrimonium caeteroquin honestum, malitiose, et ob proprium interesse, aut ex inordinata passione forent impedituri.

VI Nec etiam invalidum, sed illicitum duntaxat judicari debet matrimonium de quo loquitur casus propositus, spectato precise denunciationum neglectu; Nam etsi Sacrosancta Trid.na Synodus graviter prohibeat, ne matrimonium omissis denunciationibus celebretur, si tamen omittantur, non ideo foret irritum; Etenim dum Concilium loquitur per verba irritantia, refert se tantum ad presentiam Parochi, et testium, non item ad denunciationes; ut inniat, solum defectum presentiae Parochi, et testium non autem denunciationum omissionem, partes ad contrahendum inhabiles reddere.

VII Hinc est, quod major videatur dubitandi ratio de praefati matrimonii valore, quod initum fuerit coram Parocho assistere recusante: Et sane si vera foret sententia Melchioris Cani, Estii, Sylvii, et aliorum existimantium, Sacramenti matrimonii ministrum esse solum proprium Sacerdotem seu Parochum, cum in omnium Sacramentorum administratione necessaria sit ministri intentio, omni foret dubio procul, matrimonium Caii et Bertae, ob defectum requisitae voluntatis in Parocho, in esse Sacramenti esse nullum.

VIII Quoniam vero Theologorum posteriorum pars maxima, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, cui communis Canonistarum sententia concordat, persuasum habet, ministros Sacramenti matrimonii esse ipsos contrahentes; ideo Parochi renitentia in nostro casu non potuit impedire valorem matrimonii coram se, et legitimis testibus celebrati; Siquidem Concilium Trid. cit. sess. 24 cap. 1. de ref. presentiam Parochi exigit duntaxat ad instar testis praecipui, et auctoritatem habentis, non vero ut ministri.

IX Ut aut

IX Ut autem validum sit matrimonium initum coram Parocho, eidem assistere renuente, certum tamen est, gravis peccati reos esse, gravique pœnitentia plecti debere, qui matrimonium taliter inire præsumunt; temere namque violant Sacrosancti Concilii decreta, gravisque scandali fiunt auctores, et ideo cum ipsis ceu peccatoribus publicis, est agendum.

X Sed si matrimonium, de quo nostra procedit hypotesis ob nullam ex prædictis causis irritum fuisse judicari potest, igitur validum fuit; igitur, saltem post supervenientem consensum patris Caij, Cajus et Berta jure potuerunt se affectu maritali carnaliter cognoscere: adeoque non videtur, cur id in dubium à nobis revocari potuerit.

XI Verum esto ex prædictis causis illicitas duntaxat, non vero matrimonii nullitas possit inferri, quia tamen verba Bertæ quibus suum expressit consensum, involvebant conditionem illam: Si pater tuus consentiet, ideo recte dubitari potest, an matrimonium illud, subsecuto consensu patris Caij, ita evaserit purum, ut absque novo alio consensu coram Parocho, et testibus adhibendo, valuerit: et per consequens an affectu maritali Cajus et Berta potuerint se carnaliter cognoscere.

XII Itaque cardo totius difficultatis in nostri facti specie resolvendi ad conditionem à Berta adjectam reducitur, adeoque in ejus naturam, et effectum sedulo debemus inquirere. Ut autem una simul aliarum, sponsalibus, et matrimonio apponendarum conditionum effectum comprehendamus, quod valde juvare potest pro resolvendis pluribus casibus in simili materia facile occurrentibus, advertimus, conditiones omnes necessarias, tam de præterito, et præsenti, quam etiam de futuro: ut, contraho tecum: si heri, vel hodie ortus, crasve orietur Sol: Sicut etiam conditiones in materia contingenti, seu honesta, seu inhonesta, in præteritum præsentve concepta; ut: contraho tecum si hunc

occidisti

accidisse, si illam rem furata est, si nobilis, si dives, si hęretica est. hujusmodi, inquam, conditiones sponsalibus, et matrimonio adjectas, ea nec vitiare, nec suspendere, sed facere, quod illico sponsalia, et matrimonium valeant, vel non valeant, ac si nulla conditio, fuisset eidem apposita.

XIII Cum enim conditio necessaria quomodocunque concepta, jam sit determinata in sua causa et non potuerit, vel non possit non evenire, semper habetur pro verificata arg. l. Heres meus ff. de condit. et demonstrat. Cumque contractus omnes, adeoque et sponsalia, et matrimonium, dependeant a voluntate, et conventione contrahentium juxta cap. contractus de R. J. in 6., fit, ut si sponsalia, et matrimonium inita sint sub conditione contingenti seu honesta seu inhonesta, in pręteritum pręsentve concepta, hac subsistente reipsa valeant, non subsistente non valeant arg. l. cum ad pręsens ff. de rebus creditis, et l. cum in secundo ff. de injusto rupto.

XIV Verum hujusmodi adjectiones proprię dici nequeunt conditiones, sed illę, quę in futurum concipiuntur, idest eę, quę circumstantiam primum eventuram denotant, et donec eveniat, dispositionem, obligationemque suspendunt, eaque non eveniente dissolvunt, arg. §. Sub conditione Instit. de Verb. Obligationibus, cum ut ait l. Institutio ff. de conditionibus institutionum, nulla sit conditio, quę in pręteritum confertur, vel quę in pręsens.
* Et ratio est, quia de natura verę conditionis debet esse suspendere valorem actus, et facere, ut actus possit subsistere, vel deficere, juxta existentiam nempe, vel defectum conditionis; hoc autem nulla conditio in pręteritum, pręsentve concepta potest efficere per cit. l. cum ad pręsens ff. de rebus creditis, juncto §. conditiones Instit. de Verb. Obligationibus qui sic habet: conditiones, quę ad pręsens, vel pręteritum tempus referuntur, veluti si Titius consul fuit; si

Mevius

Mevius vivit, dare spondes &c. Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio, sin autem ita se habent, statim valet.

XV Immo nec omnes conditiones in futurum conceptæ reipsa vim habent suspendendi valorem sponsalium, vel matrimonij, donec, et quousque fuerint verificatæ; Nam si sint de rebus impossibilibus, turpibus aut inhonestis, vel sponsalia et matrimonium statim, et reipsa vitiant, vel ab eisdem vitiantur: * cum hac tamen differentia, quod sponsalia non tantum vitiantur per appositionem conditionis impossibilis impossibilitate physica, et naturali, sed etiam per appositionem conditionis turpis, et inhonestæ, idest impossibilis impossibilitate legali, ac morali; * et quidem sive hujusmodi conditionis turpitudo repugnet, sive etiam non repugnet substantiæ matrimonij.

XVI Est enim universalis juris regula, quod appositione conditionis ex natura, aut facto impossibilis, vitiantur omnes contractus, et sunt ipso jure nulli per text. expressum in L. Non solum ff. de oblig. et act., quæ sic habet: Non solum stipulationes impossibili conditione applicatæ nullius momenti sunt, sed etiam cæteri quoque contractus, æque sunt nullius momenti; cujus ob rationem in ipsamet Lege additam, quia, videlicet, hoc ipso, quod quis contractui impossibilem conditionem apponet, censetur nullum habere animum contrahendi; quæ juris dispositio cum sit generalis, utique generaliter debet intelligi, juxta Canon quia circa de Privilegiis, adeoque sub ea etiam sponsalia comprehendi debent, cum nullibi ab hac juris regula inveniantur excepta.

XVII Matrimonium e contra, ad instar ultimarum voluntatum, non vitiatur per appositionem conditionum impossibilium

et

et turpium (nisi talem contineant turpitudinem, quæ substa- (uti mox dicemus:)
ntiæ matrimonij repugnat) quin potius ipsæ conditiones vitian-
tur, et pro non adjectis habentur; Nam in hujusmodi
actibus nemo præsumitur ludere, et nihil agere voluisse;
cæterum si constaret, joco, et sine animo contrahendi ma-
trimonium, testandi, legandive adjectas esse tales conditio-
nes, nec matrimonium, nec ultimæ voluntates valerent,
ob manifestam contrariam intentionem, præsumptionem juris elidentem.

XVIII De ultimis voluntatibus habemus textum luculentum in
§. Impossibilis, Inst. de heredibus instituendis, qui ita
disponit: Impossibilis conditio in institutionibus, et legatis,
nec non in fideicommissis, et libertatibus, pro non scripta
habetur.

XIX De matrimonio verò extat celebris dispositio contenta in Capit.
fin. de condition. appositis, in quo ante universalem
regulam excipiuntur conditiones illæ turpes, quæ repu-
gnat matrimonij substantiæ, idest vel bono prolis, vel
bono fidei, vel bono Sacramenti, de quibus statuitur
ut, si matrimonio fuerint adjectæ, matrimonium vitietur
sitque ipso jure nullum, etenim citatum Capit. sic loqui-
tur: Si conditiones contra substantiam conjugij inserantur:
puta alter dicat alteri, contraho tecum, si generatio-
nem prolis evites: vel donec inveniam aliam honore, et
facultatibus ditiorem, aut si pro quæstu adulterandam
te tradas, matrimonialis contractus quantumcunque sit
favorabilis, caret effectu. Licet aliæ conditiones appositæ
(in regulam generalem) si turpes, aut impossibiles fuerint
debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi.

XX Constituto jam principio juris circa conditiones tam de præterito, et præsenti
quam circa necessarias, et impossibiles utraque impossibilitate
naturali nempe, et morali, etiam in futurum conceptas,

et

et contractibus ultimis voluntatibus, sponsalibus, ac matrimonio adjectas, ut propius accedamus ad propositi nostri quaestionem, videndum, quid operentur conditiones de futuro contingente in materia honesta concepta, et contractibus, sponsalibus, ac matrimonio apposita.

XXI Loquendo de alijs contractibus, certum est, quod modo dictae conditiones eorum valorem ita suspendant, ut non valeant, nec obligent, donec conditio adimpleatur aut eveniat; hujusmodi enim conditionum natura, et effectus est contractus, quibus apponuntur suspendere arg. §. sub conditione Inst. de Verb. Oblig.; perficiuntur vero, et obligant quamprimum conditio purificatur ut l. Potior §. 1. ff. qui potiores in pignore, habetur his verbis: cum enim semel conditio existit, perinde habetur ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset.

XXII Quae juris dispositio adamussim extenditur etiam ad sponsalia uti constat ex Cap. de illis 5 de condit. appositis; et quamvis plures, ijque graves Doctores negaverint, negentque, sponsalia valide iniri posse sub conditione, Si Papa dispensaverit, adeoque etiam post obtentam dispensationem nulla, et irrita remanere, nisi novus supervenerit consensus, quia hujusmodi conditio censetur esse impossibilis, adeoque creditur vitiare sponsalia; attamen contraria sententia et communior, et sanior est: etenim dicta conditio nequaquam est impossibilis, sed honesta, et possibilis, quia, tametsi etiam conditio si Papa dispensaverit, impossibilis esset, et consequenter sponsalia sub ea facta, in valida existerent in casu, quo Papa non solet dispensare arg. l. continuus §. de Verb. Oblig.; non tamen in casu, quo Papa solet dispensare arg. l. cum servus §. fin. ff. de Legatis 1.

XXIII Et sane si Papa stante justa causa et licite, et valide potest in quibusvis impedimentis, solo jure ecclesiastico dirimentibus, dispensare, prout omnes fatentur, qua ratione aut inhonesta, aut impossibilis dici potest conditio: si Papa dispensaverit? igitur sub ea, tanquam honesta et possibili, et licite, et valide iniri possunt sponsalia et dispensatione impetrata, sine ullo alio consensu roboris firmitatem obtinebunt.

XXIV Sed numquid etiam matrimonium saltem valide iniri

iniri poterit per verba de præsenti sub conditione de futuro ~~impossibili~~ possibili, ~~vel~~ et honestâ. Nunquid matrimonium à Cajo et Bertâ celebratum sub conditione illâ honestâ in nostri facti specie expressâ ita valeret, ut superveniente consensu Patris Caji, Cajus et Berta sine ullo alio consensu coram Parocho, et testibus præstito, potuerint se affectu maritali carnaliter cognoscere.

XXV Hac in re illud certum esse arbitramur, quod si per solam purificationem conditionis dictum matrimonium non evasit purum, et perfectum, per solum subsequentem consensum, quo Cajus et Berta se affectu maritali carnaliter cognoverunt, nullatenus potuisse convalidari, sed opus fuisse ut denuo coram Parocho, et testibus contraxissent; Nam in unico illo casu, quo matrimonium publice, et in facie Ecclesiæ initum fuit præviis denunciationibus, sed ob impedimentum occultum fuit nullum, potest reconvalidari per subsequentem consensum à conjugibus præstitum etiam non præsente Parocho, et testibus, juxta ~~retrotrahente~~ hujusmodi consensum ad præadhibitas substantiales solemnitates ob easdem specialissimam propter quam Concilium Trid. dum requirit præsentiam Parochi in actu vere contrahendi matrimonii, non contentus comprehendisse casum matrimonii ob impedimentum occultum, ut testatur continua praxis Sacræ Pœnitentiariæ, quæ in litteris, in quibus dispensat super impedimentis occultis, non tantum non injungit novam præsentiam Parochi, et testium, sed expresse prohibitum, ut putant conjuges inter se de novo secrete, ad vitanda scandala, contrahant.

XXVI Et igitur jure asserere possimus, quod Cajus et Berta in circumstantiis nostri casus potuerint se affectu maritali carnaliter cognoscere ~~et~~ supponere debemus eos veros conjuges effectos fuisse per solam purificationem conditionis à Berta a se ~~verbis~~, idest per solum supervenientem consensum Patris Caji.

XXVII Istum ~~verum~~ quod tanto potenimus hoc affirmare, si communis Theologorum sententia negat, matrimonium conditionale purificata conditione statim esse perfectum absque novo consensu; ita enim sentit S. Th. in 4. dist. 2 q. quæst. un. art. 3. S. Bonav. pariter in 4. dist. 27. quæst. 4. Scotus ibidem dist. 2 q. quæst. 2. art. 1

concl. 3

comil. B., et alij quasi non innumeri, qui sequentibus innituntur ratio-
XXVIII nibus.
Sacramenta novæ legis non possunt pendere à futuro eventu, sed statim aut valida, aut irrita sunt, et ideo nihil valet baptismus ita collatus: baptizo te, si cras dederis eleemosinam. nec absolutio ita impertita: absolvo te, si post mensem restitueris. Cum igitur matrimonium sit sacramentum novæ legis, si contractum fuerit sub conditione de futuro à futura conditionis purificatione non potest pendere ejus valor, adeoque statim erit nullum, nec validum esse poterit, nisi superveniente novo, et legitimo consensu. Id confirmant ex eo, quod, cum omne matrimonium celebratum inter Christianos sit sacramentum, pro tunc, quando perficitur, debet apparere aliquod signum sensibile; nullum autem apparet hujusmodi signum pro tunc quando purificatur conditio, nec etiam sufficit, quod præcesserit per aliquam tractum temporis, mediante consensu verbis conditionalibus expresso. Igitur ~~[illegible]~~ matrimonium conditionatum requirit, per conditionis purificationem, ... [illegible] probant:
XXVIII Pariter ~~tunc~~ hanc suam ~~sententiam~~ Theologi sic ~~[illegible]~~, Consensus præstitus ~~[illegible]~~ sub conditione ~~utpote conditionalis~~ utpote imperfectus, ab initio non constituit matrimonium, imo nec sponsalia, per text. clarum in cap. unic. de Sponsal. in 6.° * sed nec adveniente conditione potest sufficere ad matrimonium, etenim si medio tempore alter ex contrahentibus ~~[illegible]~~ contraxisset matrimonium cum alio, eventus conditionis non constitueret matrimonium cum ~~[illegible]~~ eo, cum quo prius conditionate contraxit: igitur nullo modo consensus conditionatus potest esse sufficiens ad constituendum validum matrimonium.
XXVIIII Contrarium vero ~~[illegible]~~ habet communis Canonistarum sententia, quæ innititur arg. capituli super eo *. de condit. appositis, in hoc enim capit. Papa consultus, an qui per verba de præsenti contraxit sub conditione, si Pater consenserit, purificata conditione sit cogendus matrimonium consumare: respondit, non teneri contrahere, nisi voluntas Patris postmodum intercedat. Ergo a contrario si voluntas hujusmodi intercessit, prout in casu nostro intercessisse affirmamus, qui sub conditione contraxit, cogendus est contrahere seu consummare ut sic responsio congruat interrogationi, ad text. in l. 7.ª Pretium § Stichó ff. de libert. leg.ª et in l. si Pos. de diversis regulis.
Igitur in nostro casu per illum superventum consensum Patris Caji in conditionem assumptum per Bertam, matrimonium inter ipsam et Cajum initum evasit purum, et perfectum, et per con-

consequens potuerint se affectu maritali carnaliter cognoscere quia jam ipso facto fuerant veri, et legitimi conjuges.

XXX Et ratio est, quia consensus per verba de presenti sub conditione honesta de futuro prestitus, virtualiter perseverat usque ad adventum conditionis, nisi revocetur, arg. c. penultimo de Procurat. in 6. ; itaque si conditio adimpletur, consensus ille evadit purus, et absolutus, et consequenter sufficiet ad matrimonium perficiendum, arg. l. Potior, ff. qui potiores in pignore &c. ; cum igitur consensus conditionalis prestitus a Berta per verba de presenti revera evaserit purus et absolutus per superventum consensum Patris sui ... profecto nihil potest obstare, quominus matrimonium inter eos, et suum initium valeat, et subsistat.

XXXI Idque confirmatur duplici paritate, et primo ex eo, quod ceteri contractus sub conditione de futuro initi, eveniente et non revocata conditione, sine novo consensu evadunt absoluti et perfecti, ut habet certa Theologorum et Jurisconsultorum sententia; ergo idem dicendum erit de contractu matrimonii, presertim cum non appareat ratio, cur hic solus contractus a generali juris regula, ac dispositione degenerare debeat.

XXXII Neque nobis dicatur, ceteros contractus non esse sacramenta, ut est matrimonium, sacramenta vero non posse pendere ex futuro eventu. Nam quando Deus instituit matrimonium sacramentum, in nihilo alteravit contractus naturam: sed eam illesam, ac immutatam elevavit ad esse sacramenti; si ergo matrimonii natura, quatenus est contractus, petit, ut, dum sub conditione celebratur, impleta conditione firmum maneat: esse sacramentum nihil obstabit. Et sane si esse sacramenti nihil obstat, quominus matrimonium non habeat ministrum, distinctum a contrahentibus, quod potest fieri per procuratorem, quod contrahentium consensus diverso tempore exhibeatur; cur ergo obstabit, quominus possit pendere a futuro eventu.

XXXIII Deinde, sicut ad matrimonium requiritur consensus purus de presenti; ita ad sponsalia consensus purus de futuro; sed consensus conditionatus expressus per verba de futuro, adveniente conditione, absque novo consensu perficitur, et manent sponsalia pura et perfecta, ac si ab initio pure fuissent inita; ergo simili-

similiter contentus conditionatus prestitus per verba de present.
impleta conditione contrahitur validum, et perfectum
XXXIV matrimonium.

* Quid dicemus? si affirmamus, matrimonium Caji, et Bertę per solam conditionis purificationem validum evasisse atque perfectum, communi Theologorum opinioni contraveniemus; si negamus, gravi Canonistarum judicio adversamur.

Verum Rejecta Theologorum opinione, prudentissimum Canonistarum judicium lubenter amplectimur, adeoque, ob gravissima fundamenta, quę isti pro se adducunt, in proposita [illegible] hypotesi

XXXV Censemus matrimonium illud per solam superveniens contentum Caji et evasisse purum ac perfectum, nec nullo alio prestito consensu coram Parocho, et testibus, Cajus et Berta potuerint affectu maritali se carnaliter cognoscere. Et hanc esse genuinam, veramque hujus casus decisionem, preter argumenta pro Canonistarum sententia jamjam adducta, probat etiam bina Pontificia declaratio in similibus duobus casibus emanata.

XXXVI Nam in S. Congreg. Concilij presentibus S. R. E. Cardinalibus Morona, [illegible]sino, Alciato, Senonensi, Montalto, S. Sixti, et Carafa, propositum fuit hoc dubium: Cum quidam contraxissent coram Parocho, et testibus per verba de present. sub conditione licita, quę postea fuit purificata; si reputantes se pro legitimis conjugibus, sine alia solemnitate matrimonium consumaverint: an validum sit istam matrimonium, vel conjuges cogendi sint, ut denuo, quia purificata est conditio, coram Parocho legitime contrahant. Et soleus Cardinalis Alciatus contra alios omnes, rejecta Theologorum sententia tenuit cum communi Canonistarum, * quod conditione purificata non sit opus alia iteratione contractus matrimonij coram Parocho; quam etiam Canonistarum sententiam, ipse prevalere, et in decidendis [illegible] rem esse respondit Sanctissimus, ad quem prefatus casus pro declaratione fuerat relatus; idem quoque respondit Clemens Papa VIII. in simili casu, quem [illegible] S. Cong. retulerat.

XXXVII Cum igitur res ita se habeat, non est operę pretium respondere ad pre- Theologorum argumenta, tum quia eorum irrelevantia satis colligitur ex oppositis gravissimis, et ineluctabilibus Canonistarum fundamentis, tum

tum, et maxime quia, eorundem vis à Sum. Pontificis declaratione omnino evacuata manet.

XXXVIII. Verum enim vero, quamvis nullibi prohibitum sit, consequenter concessum censeatur, matrimonium sub honesta conditione de praesenti, praeterito, et etiam de futuro contrahere. Tamen ob plura incommoda consultum non videtur, ut matrimonium ita conditionate contrahatur (praesertim vero sub conditione de futuro) nisi specialis, et gravissima urgeat ratio vel necessitas; et illi stante hac necessitate contractum fuerit, Parochi illud omnino advertere debent, ut non permittant, conjuges procedere ad consummationem, donec certo constet conditionem esse adimpletam, in quem finem expediens foret casum ad Ordinarium referre; quia alias saepe contingere, uti evenit, quem refert Fagnanus in cap. si conditiones de condit. appos., quod aliquis cum quadam contraxit sub conditione si est legitima, et post multiplicem usum, et copulam conjugalem (ut patebat) reperit eam non esse legitimam, ex hoc enim in Sac. Congreg. Concilii dictum matrimonium fuit nullum declaratum, non obstante copula.

✕ Et ita deciso primo casu progredimur ad decidendum secundum quem sic proposuimus.

Titius fide promisit matrimonium Maeviae, ut eam facilius induceret ad copulam: hanc autem promissionem honesta puella repromittendo quidem acceptavit, sed velans deceptionis libidini satisfacere renuit. Cum vero eundem in judicio convenisset, ut adimplementum sibi factae promissionis adstringeret, Judex videns allegata, et probata per Maeviam, non attingere semiplenam probationem, injunxit Titio juramentum. Unde

+ N. *

Dubitari potest an Titius jurejurando negare possit se Maeviae matrimonium promisisse.

Occasione praeteritis diebus multa nobis proposuerimus dicenda circa juramentum litis decisorium, tum voluntarium, et judiciale quam etiam necessarium, et hoc tam suppletorium, quam purgatorium, item circa obligationem confitendi veritatem ex parte rei a judice; circa jus ordinem a judice servandum in interro-

interrogando; Verum, quia in decisione primi casus fuimus plus
justo prolixi, hæc omnia cogimur missa facere, et modo in fa[...]
casus decisionem paucis expedire oportet.

II Quo velut certa præsupponimus, Inprimis, quod Titius in foro conscien-
tiæ ex vi fictæ promissionis Mœviæ factæ nullo modo teneatur
eam ducere, quamvis teneatur compensare omnia damna,
si quæ exinde ficta Mœvia fuit perpessa. deinde ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ quod, si Titius stante
dicta interrogatione confiteretur in judicio se promisisse ~~[illegible]~~
~~ficte~~ matrimonium Mœviæ, etsi addat ficte, nihilominus certo condemnandus
foret ad matrimonium ineundum cum Mœvia, quia fictio
non præsumitur sed probari debet, eam autem probare non
III His igitur ita præsuppositis pro quo procedit nostrum dubium,
Censemus Titium quantum attinet forum conscientiæ, jurejurando
negare posse, se Mœviæ matrimonium promisisse: Quia in
tali negatione, vel juramento, nulla a parte rei intervenit falsitas
igitur nec mendacium nec perjurium: igitur licite jurejurando
negare poterit, nisi tale juramentum aliud maturum peccatum concomitaretur.
IV Quod nulla intervenit falsitas, evincitur ex eo, siquidem Titius inter-
rogatus, et adjuratus, non tenetur attendere ad verba judicis in-
terrogantis nude seu materialiter spectata, sed potius ad ejus
mentem et intentionem sed potius ad id quod de jure interrogans
intendit; ut enim ait S. Gregor. Papa relatus in can. humanæ
aures c. 22 q. 5. et in Capit. Intelligentia de Verb. Signific.
non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem, et intentio-
nem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba inten-
tioni.
V Sed judex dum interrogat Titium an matrimonium promiserit Mœviæ,
et vult, et debet interrogare de tali promissione, vi cujus
Titius teneatur ducere ~~[illegible]~~ Mœviam, adeoque de promissione
vera, non autem falsa et inutili ad producendam hujusmodi
obligationem; ac per consequens, dum judex hic et nunc
interrogat Titium, interrogat de præsumptione falsa vera
promissionis; Titius vero negando promissionem negat eam
in sensu a judice principaliter de jure ~~[illegible]~~, et sic
attendit

attendit non ad verba nude, et materialiter prolata, sed ad legitimam intentionem judicis interrogantis. Ergo Titii negatio nullam continet falsitatem.

VI. Et profecto falsa præsumptio, cui judex in interrogando innititur, efficit, ut nec intendat, nec prætendere possit, ut Titius ad suam interrogationem, prout jacet, absolute respondeat, immo nec quod respondeat, se ficte promisisse, quia tum non posset propter fictionem condemnaretur ad matrimonium ex præsumptione falsa veræ promissionis. Ergo nec Titius tenetur ita respondere, sed potest simpliciter negare se promisisse matrimonium [illegible].

VII. Ipsum etiam patet a pari: si enim Sempronius petat a me in judicio centum quos mihi mutuavit, sed ego secreto, et absque testibus ipsi jam solvi, possum sine ulla falsitate hanc ejus petitionem negare. Ibi enim nullum intervenit mendacium, ea ratione, quod Sempronius in suo libello asserat, centum mihi mutuasse, et adhuc me sibi obnoxium esse ad eorum solutionem: hoc enim falsum est, cum ei centum solverim, et ideo petitio ea forma, qua fit et judici exhibetur, falsa est, atque a me simpliciter negari potest, ut bene discurrit Salon in manifeste ff. de jurejurando.

VIII. Pariter in casu, quo Cajus ex tali domo, tali tempore, evaginato ense exivisset, non tamen ex causa homicidii ibi tunc secuti, sed ob aliam causam, si a judice interrogaretur super tali exitu, sine falsitate eundem negare posset, si enim judex sciret veritatem, ac Caji innocentiam, certum est, quod Cajum de illo egressu non interrogaret, immo nec interrogare posset, ne viam sterneret ad injustam ejus condemnationem; igitur dum interrogat ductus falsa præsumptione interrogando de egressu ex causa homicidii, qui cum non fuerit talis, ideo Cajus sine ulla falsitate potest simpliciter negare dictum suum egressum, ut latius ostendit Cardinalis de Lugo disp. 40. de just. et jure sect. 1. num. 4.

IX. Cum igitur etiam in nostro casu Titius interrogetur a judice ex præsumptione falsa veræ promissionis, potest negare sine ulla falsitate se promisisse, atque ita negando nec mendax

X mendax nec perjurus sit.

Quin obsit dicere: juramentum in foro animae attinet praestandum juxta intentionem recipientis: nam ut in can. Quacunque arte c. 22. q. 5. dicitur: Quacunque arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Sed intentio judicis recipientis juramentum est si bona animo Titii jurantis, quia judex non ita intelligit, sicut Titius jurare intendit; igitur Titius juramento negans se promisisse matrimonium Maeviae revera mendax, et perjurus sit.

XI Non inquam obesse hujusmodi ratiocinium, quia verum quidem est, quod regulariter teneatur quis respondere judici interroganti, et adjuranti juxta mentem seu intentionem ipsius; sed fallit, quando alia mente, quam debet quis interrogatur, seu adjuratur: tunc enim sufficit, quod respondeat secundum eam mentem, seu intentionem, qua debet interrogari, seu adjurari, modo verum respondeat. Hoc autem contingit in casu nostro. Nam cum ex falsa promissione matrimonii non oriatur obligatio, juxta quam judex possit adstringere per sententiam ad matrimonium, utique censeri debet interrogare de vera promissione. Igitur Titius, hoc ipso quod vere non promisit, negando se promisisse verum dixit secundum sensum juxta quem accipi debebat judicis interrogatio, et sic ita negando nec mendax, nec perjurus exstitit.

XII Multo minus adversatur Decretum Ven. memoriae Innoc. XI. anno 1679 die 11. Martii emanatum reprobans usum restrictionum mentalium et amphibologiarum damnando propositiones 26. 27. et 28. Nam nostra sententia nihil habet commune cum hujusmodi propositionibus damnatis; in illis enim solum damnantur restrictiones mentales, seu amphibologiae, quae fiunt per restrictionem mentalem, addendo verbis aliquid sola mente retentum; unde nomine hujusmodi damnatarum restrictionum mentalium, et amphibologiarum intelliguntur solum illi puri conceptus mentis qui nullo modo concordant cum verbis oretenus prolatis, et quos praeter loquentem nullus alius percipere potest. Talis autem non est responsio Titii; quia nihil addit verbis sola mente retentum, quinimmo plenissime correspondendo verbis, simul etiam correspondet menti respondentis, et judicis quatenus legitime potest et debet interrogare. Et quamvis in sensu ~~[illegible]~~ responsio Titii sit amphibologica, quia est sermo dubius et ambiguus, non tamen est illicita, quia pro ea adest justa causa, licitas enim hujusmodi amphibologiarum, justa autem causa [illegible] indemnationem.

Pro Congregatione diei 27. Augusti 1730

Divino implorato auxilio devenimus ad decisionem trini casus a nobis pro hodierna congregatione propositi

Primus est tenoris sequentis

* Cajus post valide inita Sponsalia cum Berta, cogitans de perfectiori vitæ statu, ingressus est Religionem Capucinorum; verum post semestre novitiatus inde egreditur et Sponsalia jurejurando vallata, priorum Sponsalium cum Berta initorum ignara, init cum Seja, quam etiam impregnavit: quod cum Berta rescivisset, petijt a Cajo, ut se ducat. Unde quæritur, quænam ejus, Bertam ne, an Sejam ducere teneatur?

I Sponsalia semel valide inita graviter obligare, ita ut in foro interno mortaliter peccet, qui ea adimplere renuendo ad alia transire præsumit, nisi justa et legitima causa existat dissolvendi priora sponsalia, certissima est Theologorum et Canonistarum sententia innixa arg.º Capit. Ex litteris 10 de Sponsalibus, ubi mandatur Episcopo, ut eum qui sponsalia contraxit, ad ducendum eius monitis Ecclesiasticis censuris compellat ut ipsam (: nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat, et maritali affectione pertractet. Et ratio est, quia omnis promissio onerosa, ac mutua de re gravi, qualis utique est promissio matrimonij, graviter obligat, et in utroque foro servanda est, juxta Capit. 1 et 3 de Pactis.

II Igitur præsentis casus decisio dependet ex resolutione hujus quæstionis: an sponsalia a Cajo præcedenter inita cum Berta adhuc in suo valore perdurent, etiam post ingressum Caji in Religionem; post sponsalia juramento confirmata subsequenter inita cum Seja, priorum sponsalium ignara; immo et post ejusdem Sejæ impregnationem: vel vero dicta præcedentia sponsalia ob nullam ex modo dictis causis censeri debeant

debeant dissoluta? Nam si primum dicatur, certum est quod ajus teneatur ducere Bertam: si vero affirmetur secundum, consequens est, quod ajus teneatur matrimonium inire cum Seja.

III Verum cum versemur in materia dissolutionis sponsalium, qua nihil frequentius, operæ pretium esse duximus, summatim recensere omnes causas, ob quas sponsalia rite contracta jure dissolvi possunt; ut ita, non modo intelligamus, quæ debeat esse genuina præsentis casus decisio; verum una simul infinitos alios casus, qui hoc in genere possunt occurrere, resolvere valeamus.

IV Sponsalia, etiam jurata, puberum valide, ac licite solvi posse mutuo contrahentium consensu, apud omnes est in confesso, dummodo consensus ex utraque parte liber sit a fraude, dolo, et metu gravi injuste incusso. Nihil enim tam naturale est, quam eo genere quidquam dissolvi, quo colligatum est ut ait l. nihil ff. de R. J. Nec obstat, quod juramento sint firmata, quia cum hoc sit accessorium, illud sequi congruit naturam sui principalis, per regul. accessorium de R. J. in 6°. Diximus autem puberum quia sponsalia impuberum semel valide inita, ante annos pubertatis mutuo consensu solvi non possunt per Text. expressum in capit. de illis, de despons. impub.

V Immo quando una pars tantum a sponsalibus sive juste, sive injuste recedit, etiam altera pars recedere potest, quia si una pars juste recedit, jam hoc ipso tribuit alteri parti potestatem pariter recedendi, vel potius ipso facto liberat eam ab obligatione eidem nubendi. Si vero injuste recedit, procedit illud vulgatum, Frangenti fidem fides frangatur eidem, arg. l. qui fidem ff. de transact. quod procedit, etsi pars fidem suam juramento firmaverit. Ceterum sola pars innocens, secus vero injuste resiliens, obligationem effugit, nemo enim ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest l. non fraudatur ff. de R. J.

VI Per absentiam alterutrius sponsi quoque, et per nimiam dilationem dissolvuntur sponsalia; quomodo autem, et quando id in his

his casibus contingat, commodius et fusius in secundi casus decisione exponemus.

VII Per ingressum in Religionem professione secuta solvi sponsalia nihil certius, quia per professionem Religiosam solvitur etiam ipsum matrimonium ratum Cap. Ex publico de convers. Conjugatorum. quod tamen recte limitatur in casu, quo quis ingrederetur, ac profiteretur in fraudem et irreparabile damnum puellæ ex qua nisi per matrimonium esset reparabile, cum prius jam sub spe matrimonii impregnatæ; siquidem omne votum, ac juramentum, etiam solemne de re illicita, qualis esset in hoc casu Religionis professio, est nullum, nullamque parit obligationem.

VIII Pariter dissolvuntur sponsalia per susceptionem ordinis sacri; quia ordo sacer est impedimentum dirimens matrimonium ... canonis Presbyterii dicit ... consequenter dissolvens sponsalia, cum per susceptionem ordinis sacri fiat impossibilis eorum adimpletio; ad impossibile autem nemo tenetur. Per susceptionem vero ordinum minorum, licet dissolvantur sponsalia ex parte sponsæ, ob supervenientem notabilem mutationem ex parte sponsi, qui ad majores ascendere censetur, sicque velle remittere sponsæ omnem obligationem, non tamen dissolvuntur ex parte sponsi, quia cum minoritas licite, et valide nubere possit, si spopondit tenetur nubere.

IX Hoc ipso, quod post sponsalia quis valeat licite ingredi Religionem etiam id vovere possit, omni est dubio procul; dubitari tamen potest quomodo per hujusmodi votum dissolvantur sponsalia? Quod per tale Religionis votum non illico solvantur sponsalia ex parte utriusque, idest etiam ex parte non voventis, constat ex eo, quod cum fieri possit, ut vovens nullibi suscipiatur, sicque cesset obligatio voti, subintrat obligatio servandi sponsalia, si pars non vovens adhuc expectet. Quod vero ex parte non voventis sponsalia fuerint soluta, patet ex eo, quod is, qui licite vovit assumere statum matrimonio repugnantem, censetur renunciare sponsalibus, consequenter partem alteram non voventem reddit liberam ab obligatione ita, ut

ita, ut si velit, univis alteri nubere valeat.

X Quia verò sponsus nequit licite suscipere sacros ordines, ideò neque potest valide vovere; nihilo tamen minus per tale votum solverentur sponsalia ex parte sponsæ, eo quod sponsus, quantum est in se, meritò censeatur ei remittere jus suum, et renunciare sponsalibus; quamvis enim hujusmodi votum foret nullum, vovens tamen intendit assumere statum matrimonio repugnantem et per consequens juri ad hoc renunciare; ut proinde sponsa, cognito tali voto, pro libitu possit alteri nubere, arg. cap. veniens, & qui clerici, vel voventes, vel possit ita voventem ad sibi nubendum adigere.

XI Sed, quid juris, si quis post sponsalia jam contracta, voveat perpetuam continentiam? Respondemus, quod pariter hujusmodi votum non dissolvat sponsalia ex parte voventis, quia in quantum est in præjudicium et injuriam tertij non est ideo gratum nec ab eo acceptatur, et ideo summus Pontifex taliter voventem nubere jubet in cit. cap. veniens & qui clerici, vel voventes; bene verò ea dissolvit ex parte non voventis, siquidem in eodem capit. veniens, tacitè approbatur, quod vir cognito voto continentiæ à sponsa emisso, alteri nupserit: quod facere non potuisset, si post votum sponsæ sponsalia ex parte sua soluta non fuissent, et ratio est eadem, quam paulo antea attulimus, quia videlicet talis vovens merito censetur renunciasse sponsalibus, et juri sibi ex illis quæsito.

XII Non tantum per matrimonium spirituale, videlicet per professionem religiosam, sed etiam per matrimonium carnale cum alio contractum ita dissolvuntur sponsalia priora antea inita, ut, tametsi tale matrimonium postea per mortem alterius solveretur, ea non amplius obligent; quia obligatio semel extincta non amplius reviviscit, arg. l. qui res §. aream ff. de solut.

XIII Præterea solvuntur sponsalia ob fornicationem sponsæ sponsalia præcedentem à sponso tamen ignoratam; quia in jure paria sunt aliquid supervenire, et præcedere ignoranter: item paria sunt in jure non esse, et non apparere l. quæ sunt ff. de testamentis, et per consequens in sensu contrario paria sunt

sunt esse, et apparere; sed fornicatio sponsae sponsalia subsequens dissolvit sponsalia, igitur etiam praecedens ignorata. Non tamen solvuntur sponsalia ob praecedentem sponsi fornicationem a sponsa ante sponsalia ignoratam, quia juxta communem aestimationem hominum, quae in hac materia maxime attendenda est, non ita ignominiosum est, nec ita praejudiciosum foeminae si nubat viro, qui prius aliam cognovit. Unde constat, quod sponsae praecedens fornicatio etsi a sponso ignorata sit causa dissolvendi sponsalia praecise quia talis est, alias enim et ob fornicationem sponsi praecedentem a sponsa ignoratam pariter dissolverentur sponsalia, sed quia simul fornicatio sponsae ante sponsalia continet aliam causam haec dissolvendi, videlicet continet notabilem mutationem ex parte sponsae emergentem, est enim viro probrosum corruptam ducere, haec autem mutatio in viro prius fornicante non censetur adesse.

XIIII Quin immo ob fornicationem sponsae praecedentem, et consequentem sponsalia, vir solvere potest sponsalia, tametsi sponsa fuerit oppressa, scilicet ob eandem rationem, quia etiam ob talem violationem fit notabilis mutatio ex parte sponsae.

XV Etiam ob oscula, amplexus, aut tactus impudicos a sponsa libere admissos, vel exercitos sive post, sive ante sponsalia sponsus solvere potest sponsalia; quia etiam in tali casu ex parte sponsae censetur esse notabilis mutatio, censeturque talis foemina impudice vivere, ac proinde eam merito horrere potest sponsus. Sponsi tamen oscula, et tactus impudici cum altera commissi ante sponsalia non dant sponsae causam sufficientem ad solvenda sponsalia; quia nec ipsa fornicatio praecedens sponsi dat sponsae hujusmodi causam; immo nec dicti tactus exerciti post sponsalia, nisi fuerint frequentes; quia in viro tales actus ita probrosi non sunt ac in foeminis, nec tam facile impudicae vitae notam impingunt, nisi sint frequentes, ut recte limitant doctores.

XVI Solvuntur quoque sponsalia per quamcunque ~~notabilem~~ superve-

supervenientem notabilem mutationem corporis, fortunæ, et animi, quandocunque nempe post contracta sponsalia ex parte alterius talis mutatio intervenit seu in corpore, seu in bonis fortunæ, seu in bonis animi, ut, si illam parsaltera scivisset, aut prævidisset, sponsalia certo non contraxisset; sponsi enim non aliter invicem censentur sibi promittere matrimonium, quam sub hac tacita conditione: si res in eodem statu permanserint, seu, si notabilis mutatio non emerserit, ut bene cum communi Canonistarum observat Sobas in cap. Quemadmodum 25 de jurejurando, et in cap. Per vestras 34 de donationibus inter virum et mulierem.

XVII Quandonam autem in specie sit censenda mutatio hujusmodi notabilis, standum judicio prudentum, et assertioni promittentis, præcipue jurantis, adeo, ut si sponsus vel sponsa jurato affirmet, quod sponsalia minime fecisset, si talem mutationem futuram prævidisset, aut culpam occultam jam existentem prius scivisset, eidem in utroque foro fides adhibenda sit, si judicio prudentum, consideratis omnibus circumstantiis, verisimile sit eam non fuisse promissuram, casu quo ea scivisset, vel prævidisset.

XVIII Hinc est, quod a sponsalibus resilire liceat, si quis ex sponsis fieret leprosus, paralyticus, si morbum aliquem contagiosum, et incurabilem contraheret, si alicujus membri, ut auris, nasi, pedis, manus amissionem pateretur: si sponsa promissam dotem afferre non amplius potest. Si sponsus vel sponsa valde divites etiam absque culpa sua vergant ad gravem inopiam, aut gravem patiantur jacturam bonorum, vel etiam sint perpessuri, v. g. ob exhæredationem parentum: si alicui ex sponsis emergat gravis infamia ob furtum, homicidium, aut alterius criminis gravis: si sponsus cognoscatur esse ebrietati, aut ludo multum deditus: si in eodem deprehendatur notabilis morum asperitas, aut sævitia: si capitales ac graves inimicitiæ, odia, et extraordinariæ animorum aversiones inter ipsos sponsos oriantur. Immo solvuntur sponsalia ob graves, aut capitales inimicitias

tias, odia, et scandala inter parentes, aut consanguineos spon-
sorum. An his tamen casibus procedendum [illegible] sit, non tam spon-
salibus [illegible] hujusmodi aversiones, et scandala, cum plerumque
[illegible] in nihilum recidant, animique sponsorum, vel
parentum facile conciliantur.

XIX Dissolvi possunt sponsalia, si futurum inter sponsos matrimonium
[illegible] sponsorum parentum, et vidaciis familiis, parentesque
[illegible] uti ordi-
narie contingit [illegible] disparitatis sponsorum. immo
ad dissolvenda sponsalia saltem ex parte alterius sufficit sola
contradictio parentum conjuncta cum seriis, et justis minis
alterum sponsorum exhaeredandi [illegible]

XX [illegible] omnium ea est generalis ratio, quod promissio non obligat ultra
intentionem promittentis, siquidem actus [illegible] non operantur
ultra voluntatem eorum [illegible] in his
videlicet, quae dependent ab intentione agentium, uti sponsalia.
Sponsi autem nunquam censentur voluisse se obligare quam
sub illa tacita conditione: si rerum status ita permaneret, et
non superveniret notabilis mutatio. Unde fit, quod,
[illegible] prius, antequam iniret sponsalia, [illegible]
[illegible] et nihilominus contraxisset, cum ratione hujus
nulla censeatur adesse mutatio, nulla proinde, respectu ejusdem
subesset resiliendi causa.

XXI Verum ut propius accedamus ad decisionem casus, omnes ejus
circumstantias diligenter debemus perpendere, ut colligere possi-
mus, an post sponsalia a Cajo valde [illegible] Bertha
[illegible] talis notabilis mutatio [illegible] ponat
justam causam dissolvendi dicta sponsalia, ita ut Cajus et
possit, et debeat matrimonium inire cum Seia, cui illud
subsequenter jurato promiserat.

XXII [illegible] examinandum occurrit, an [illegible] ex parte Berthae censeri debe-
ant sponsalia [illegible] cum Cajo dissoluta per hujus simplicem
ingressum in Religionem Capucinorum, ita etiam [illegible] de causa
Cajus liberatus fuerit omni obligatione ducendi Bertam.

Quocirca

Quoniam ita sentiendo per solum ingressum Jacobi in religionem Capucinorum Berta ita liberata mansit ab omni obligatione utrilica, si voluisset, alteri nubere potuisset; hic ipso enim quod ipse ingressus fuit religionem, censetur voluntatem mutasse, et sponsalibus, a jure suo renunciasse. Sive dicas, quod ex parte illius Jacobi censeatur per hoc supervenisse notabilis mutatio, et quid nimis grave foret obligare Bertam ad nubendum ei, qui jam fuit ... Contra per dictum ingressum non fuit extincta obligatio sponsalium ex parte Jacobi ingredientis; quia solus ingressus in Religionem nec ex natura sua, nec ex jure aliquo positivo solvit Sponsalia; Non ex natura sua, cum Novitius possit egredi, et implere sponsalia; Nec etiam jure positivo; quia nullum allegari potest: nam cap. 2. et 7. de Sponsalibus cum concordan. loquuntur de sola professione, quae juris dispositio, ut pote odiosa, et in alterius prejudicium vergens, nequit extendi ad solum ingressum, odia enim restringi, et favores convenit ampliari ut ait cap. 15 de R. J. in 6.

XXIII. Quod posteriori loco in nostri facti specie examinandum occurrit, est an sponsalia subsequenter inita cum Seja, saltem quia confirmata fuerint juramento, saltem quia accessit etiam impregnatio, saltem quia Seja fuerat prorsus ignara priorum sponsalium, ponant justam causam dissolvendi sponsalia prius inita cum Berta.

XXIV. Verum neque ex his causis praecedentia sponsalia posse dissolvi, constanter judicamus; et in primis quod dicta praecedentia sponsalia non corruerint per subsequentia sponsalia jurata contracta cum Seja; immo quod ipsa posteriora sponsalia irrita, et nulla fuerint, etiamsi juramento essent confirmata patet ex eo quia, quod uni jam promissum est, eidem promissi jure debetur, alteri promitti amplius non potest, et si promissum fuerit etiam accedente juramento, tunc promissio, et juramentum erit nullum ... cum enim hujusmodi juramentum sit in prejudicium tertii, illicitum et vinculum

vinculum iniquitatis est, ac propterea valere non potest, minusque obligare, arg. cap. Quanto, de perejurando, cum concordantibus; Siquidem ut ait cap. 58 de R. J. in 6° Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum.

XXV Quod vero neque ex accedente ... impraegnatione seje, priorum sponsalium ignara, consurgat justa causa dissolvendi sponsalia prius inita cum Berta ex eo manifeste deducitur, quia tametsi seja, priorum sponsalium ignara, vere fuerit decepta tamen per injuriam eidem illatam nec debet, nec potest auferri jus suum Bertae semel quaesitum ex praecedentibus validis sponsalibus, alias etiam magna aperiretur via fraudibus, et dolis, quum quivis, cupiens liberari a prima sponsa, et aliam ducere, illico se posset liberare absque omni alia causa, spondendo, nempe alteri matrimonium sub juramento, et eam impraegnando, quod quam absurdum sit prudens non videt.

Quamvis itaque in nostro casu ex relatis adest

XXVI Si ergo nullam ex circumstantiis in nostro casu ... justa causa dissolvendi praecedentia sponsalia ex parte Caji, et Berta iisdem semper inhaeserit, nec unquam recedere intellexerit, sed continuo intenderit, et nunc etiam expresse intendat, ut Cajus se ducat; quod Cajus teneatur ducere Bertam quisque jam videt, hanc esse animi nostri sententiam.

XXVII Neque nobis dicatur; quando alicui prius venditur equus, et postea idem alteri venditur, simul et traditur, manet equus posteriori emptori, per § si quoties ff. de rei vendicat. igitur idem dicendum in nostro casu, eo quod, accedente copula in secundis sponsalibus, corpus quasi actu traditur. Nam negamus paritatem, quia illud, non item hoc in jure expressum habetur. Deinde, per copulam corpus non ita traditur sponsae secundae sicut equus traditur secundo emptori, etenim per copulam sponsalia sequentem non amplius efficitur matrimonium, sicut erat ante concilium Trid. vigore cap. Is qui fidem 15 de sponsalibus, et matrimonio, consequenter etiam

etiam post talem copulam Sponsa posterior nullum jus acquirit in corpore Sponsi, nec illo ante matrimonium licite uti potest ut secundus emptor equo statim licite uti, et de eo pro libitu potest disponere post traditionem.

XXVIII Nec etiam obest dicere, quod, quando unus agit de damno vitando et alter de lucro captando, potius favendum est illi, quam isti, per vulgaria juris principia; atqui in casu nostro Seja sponsa posterior agit de damno vitando, Berta vero prima sponsa agit de lucro acquirendo; igitur magis Sejae, quam Bertae favere oportet. Neque haec ratio, inquam, obest; quia, qui jam habet jus quaesitum ad aliquam rem (sicut habet Berta prima Sponsa ex vi sponsalium) illamque prosequitur, non amplius de lucro quaerendo, sed de damno vitando agit, cum omissio juris jam quaesiti, et radicati, sit damnum, ut bene ostendit Gonzalez ad Reg. 8 Cancellariae Gloss. 7. et segg.

XXIX Sed nec tamen imus inficias, quod si Seja posterior Sponsa grave, et non aliter, quam matrimonio reparabile damnum pati supponatur per impregnationem, e contra Berta sponsa prior nullum vel nonnisi modicum damnum sentiret per dissolutionem Sponsalium, tunc Sejo, haec, saltem ex equitate, et charitate, teneatur cedere juri sibi ex dictis Sponsalibus quaesito, ut illa, nempe Seja, a gravi damno sibi ex impregnatione imminenti liberetur; quae quidem obligatio, in equitate, et charitate fundata, procederet duntaxat in foro interno, non autem in externo; quia nullo jure potest probari, ut, quod sibi de jure competit, alteri in hoc foro ex charitate relinquat, vel ad liberandum alterum gravi damno, juri suo quaesito renunciet. Igitur Berta nullo modo potest in foro externo compelli ad cedendum juri sibi ex sponsalibus quaesito, ut Seja contrahendo cum ei ab imminenti damno liberetur.

Atque ita

40

(Atque ita decisa prima casu gressum facimus ad decidendum secundum, quem sic proposuimus

Sempronius secreto sponsalia init cum Maevia, virgine, majorenni, quae ex intervallo, acceptante Sempronio adjecit pactum, ut matrimonium saltem post bimestre, sequi debeat; verum dum bimestris exitus immineret Sempronius, per epistolam admonitus de morte Titii patrui, a quo fuerat haeres ex asse institutus, ab hinc, inscia sponsa, Viennam perrexit cum animo ibidem personaliter sustinendi aerem litem quam dictae haereditatis ergo sibi movendam timebat; sed, cum Maevia prudenter suspicaretur, in plures annos posse differri Sempronii reditum, ob dictam litem eidem jam motam, post semestre ab ejusdem discessu, sponsalia init cum Lucio. Unde

Quaeritur, an Maevia, non expectato Sempronio, possit nubere Lucio.

Palam est, sponsalia posse contrahi, et sine ulla temporis determinatione ea adimplendi, et cum praefixione certi temporis aut termini quod dupliciter fieri potest; Primo modo potest praefigi terminus ad finiendam seu extinguendam obligationem matrimonium amplius contrahendi, ita nempe ut si usque ad illud tempus non contrahatur matrimonium, saltem ea pars ex sponsis, quae non sit in culpa, ab obligatione sit libera. Secundo modo potest praefigi terminus non ad finiendam, sed tantum ad differendam obligationem contrahendi matrimonium, ita ut usque ad illum terminum nulla pars obligetur, nec cogi valeat ad nubendum alteri; bene autem eo elapso consequenter per lapsum hujus termini non finiatur, sed potius firmatur, et absoluta evadat obligatio

obligatio nubendi. mihi

II Atque inde admonemur praeprimis inquirere ipse in naturam, et effectum pacti ex intervallo sponsalibus adjecti per Maeviam; si enim dixerimus, hujusmodi pactum ita continere praefixionem termini bimestris, ut eo elapso cesset sponsalium obligatio ex parte ejus per quem non stetit, juxta dispositionem cap. Licet 22 de Sponsalib. et matrim. et l. si fidejussor 4 fin. ff. mandati vel contra, cum concordantibus, certum erit, quod Maevia non expectato Sempronio, possit nubere Titio, quia elapso bimestri in pactum deducto, ex parte ejusdem Maeviae, per quam non stetit, sublata fuit omnis obligatio sponsalium inter se, et Sempronium initorum, et per consequens licite ac valide potuit post dicto termino effluxo, sponsalia inire cum Titio, postque cum eodem matrimonium contrahere.

III Verum judicamus, dictum pactum fuisse per Maeviam adjectum tantum ad sollicitandam obligationem, adeoque per lapsum termini in eo content. minime fuit extincta sponsalium obligatio; in nostro siquidem casu sunt quasi duo contractus, unus sponsalium faciendi, alter pacti ex intervallo adject. certo termino faciendi, ipso, licet Sempronius defecerit in contradictu termini, uterque tamen sponsorum manebit astrictus altero contractu faciendi, arg. l. continuus § secundo ff. de V. O., et l. Celsus ff. de receptis arbitris

IV Quod autem dicta termini praefixio non fuerit adjecta ad finiendam obligationem, sed tantum ad eam sollicitandam, ex eo potest ostendi, quod, tametsi, quando terminus ab utroque contrahente imponitur, respectu utriusque per utrumque implendi, si initio, seu in limine contractus adjiciatur, id est antequam contractus sit perfecte initus, et obligatio contracta, censeatur adjectus causa restringendae obligationis, ut eo transacto, non duret, quia, cum adhuc nullus sit contractus, nullaque orta obligatio, ille terminus est intrinsecus, et quasi pars obligationis, ejusque conditio, et subinde, eo transacto, deficit, tamquam condi-

conditionis defectu.

V Tamen, quando terminus per pactum distinctum adjicitur obligationi principali jam perfectae et contractui consumato, quod est adjicere ut loquuntur jurisconsulti: ex intervallo, censetur adjectus duntaxat causa sollicitandi, nec ipsius lapsu extinguitur obligatio principalis; quia cum prior contractus jam sit perfecte initus et orta sit absoluta obligatio, adjectio termini superveniens est extrinseca; igitur eo termino quasi novum contractum constituente, transacto, non cessat prior obligatio absoluta et a posteriori independens, ut non minus docte quam subtiliter disserit Imola in cap. Cum dilect. de dolo et contumacia num. 19.

VI Ex quo evidenter colligitur, quod, cum Maria pactum illud apposuerit aliquo temporis intervallo post sponsalia absolute inita, etsi terminus trimestris effluxerit, nihilominus adhuc teneatur obligatione sponsalium.

VII Sed quamdiu Maria adstringetur hujusmodi obligationi? Num semper, illo sponso absque sua licentia Viennam pergente, ipsa per annos plures cogetur illius reditum expectare? Cur post semestre ab ejusdem discessu non poterit licite, ac valide cum alio sponsalia inire cum Lucio? et consequenter cur non etiam et matrimonium contrahere?

VIII Praesentis casus decisio, ut videtis, dependet a resolutione illius quaestionis: An, et quando per absentiam sponsi dissolvantur sponsalia?

IX Hac in re in primis certum est, quod, quando sponsus absque licentia sponsae in aliam terram animo non amplius redeundi se confert, solvuntur sponsalia ex parte sponsae, ut habet communis canonistarum, innixa cap. De illis 5 de sponsalibus, quod sic habet: De illis autem, qui praestito juramento promittunt, se mulieres ducturos, et postea eis incognitis dimittunt terram, se ad partes alias transferentes, hoc tibi volumus innotescere; quod liberum erit mulieribus

ipsis

ipsis (: si non amplius in facto processum:) se ad alia vota transferre.
Et ratio est, quia talis ita discedens censetur renunciare juri suo.

X Ex eadem canonica dispositione recte infertur, etiam tunc solvi sponsalia, quando quidem sponsus non cum animo perpetuo emanendi, sed tamen sine spe brevi redeundi in aliam terram discedit, quia aequum non est, quod sponsa tam longum ac incertum teneatur expectare reditum sponsi cum periculo amittendi alias commodas nuptias, cum ad id non censeatur se obligasse.

XI Sed quid dicemus in concreto nostri casus?

* Censemus, Maeviam, non expectato Sempronio, posse nubere Lucio; quia certum est, quod Sempronius Viennam pergendo, se ad partes alias transtulerit ut loquitur cap. de illis jam jam citatum, ad hoc enim sufficit egredi propriam provinciam, ut uno ore fatentur Jurisconsulti; et cum inscia Maevia sponsa eo se contulerit, cum animo ibidem personaliter sustinendi acrem litem, quae etiam reipsa fuit ibidem mota, omnino censeri debet voluisse, quantum in se erat, renunciare juri sponsalium.

XII Accedit, quod in hoc casu videatur intervenire adeo notabilis mutatio, quam si Maevia praevidisset, nunquam cum Sempronio contraxisset sponsalia; hancque suam seriam mentem satis declaravit per illud pactum, quod de solicitando matrimonio apposuit, et per subsequentia sponsalia inita cum Lucio.

XIII Et hanc sententiam corroborat etiam illa animadversio, quod Maevia jam sit majorennis, idest inspecto jure commun. viginti quinque annorum, cujus praeclarum aetatis jura adeo commiserentur, ut disposuerint, Parentes non posse exhaeredare filiam majorennem luxuriosam vitam agentem, bene vero minorennem; et per consequens, cum respectu ipsius videatur imminere periculum incontinentiae, vel fornicationis, nec etiam debeat diutius differre, si velit apte nubere, ideo satis justam habuit causam dissolvendi priora sponsalia;

igitur

igitur licite potuit, post semestre à discessu Sempronii, Sponsa inire ... peteritque cum eodem matrimonium contrahere. 43

XIV Nec refert dicere, Sempronium versari quidem Viennam animo ibidem personaliter restituendi ... tamen litium eventus sit incertus, fortasse etiam post annum reditu ... Nam, quidquid sit de ... proxima reditu Sempronii, qui tamen ex casus circumstantiis prudenter colligi non potest, sufficit nobis, quod Sempronius initio Sponte, cum qua ... post ... dies matrimonium contrahere debebat ... dicto animo Viennam ..., per hoc ipsum enim censetur renunciasse, quantum in se erat, juri Sponsalium, quia debebat etiam cogitare, quod, juxta ea, quae in litibus ... evenire solent, posset ... emanere per quinquennium, vel etiam per decennium.

XV Ex hac nostra decisio adeo absolute procedit, ut neque nec quidem necessarium sit Ecclesiae, seu Judicis judicium, quia stante ... de illis ... liberum esse Sponte cum altero contrahere: ubi autem aliquid libere fieri potest, nulla desideratur licentia ... aliquam licentiam vel Judicis, vel Sponsi expectare teneretur, Sponsa jam non posset libere cum altero contrahere, arg. Gloss. Clem. dudum de sepulturis, verb. libere, ubi dicitur, libere denotare, non requiri licentiam ... ita sentit etiam ... in cap. 1. num. 4. de offic. ordin.

XVI Quod hac in re majorem difficultatem facere videtur, est dispositio juris civilis determinantis certum annorum spatium, quo Sponsi invicem expectare tenentur: sic l. 2. Cod. de Sponsal. statuit, Sponsum absentem intra eandem provinciam biennio esse expectandum: l. 2. vero Cod. de repudiis, disponit, esse triennium expectandum, si extra provinciam abest: et l.

sepe

lege Cod. de Sponsalibus, decerneret, adhuc diutius expectandum esse, si unus ex Sponsis absentiam necessariam haberet.

XVII Verum citatae ff. ad presens minime sunt attendendae, quia tempus illud solummodo ad hoc determinant, ut Sponsa possit dissolvere sponsalia retentis arrhis, et donatis propter nuptias: hoc enim si restituere non volebat, inde jure Romanorum poterat quivis sponsorum quovis die, et tempore, pro libitu, solaque dissentiu sua sponsalia contracta, etiam solvere, ut in alterutro praecedenti congressu probasse meminimus. Cum vero hujusmodi resiliendi licentia per canones sit sublata, praefatae leges pro deficiendo nostro casu, minime attendendae erunt.

XVIII Hac autem utriusque juris diversitas seu potius contrarietas fundatur in eo, quod jus civile solum bonum publicum, et politicum considerabat, nec ad peccatum attendebat: jus canonicum vero peccatum, et periculum incontinentiae considerat, et hinc est quod leges civiles biennii, triennii, vel etiam longiorem dilationem praescribunt, jus canonicum autem considerans, quod ob sponsi absentiam, immineat sponsae fornicationis periculum, concedit, ut si sponsus dimittat terram et se ad partes alias transferat liberum sit sponsae id alia vota transferre, ~~nisi aliter fuerit inter ipsos conventum~~ nisi spes sit, ut de proximo sponsi reditus speratur, vel aliter fuerit inter ipsos conventum.

A. M.

Pro Congregatione diei 26 Novembris 1733

Binum de more proposuimus casum, ad utrumque decidendum, divino implorato auxilio, procedimus.

Primum sic exhibuimus

Titius in articulo mortis constitutus, vult confiteri, et, cum nullius alterius Sacerdotis copia habeatur, quam excommunicati, et denunciati, huic confitetur, et ab eodem recipit absolutionem. Unde quæritur, an hujusmodi absolutio valeat?

Quod valeat absolutio impertita à Sacerdote, etiam excommunicato, et denunciato, cum nullus alius adest Sacerdos, qui morientem reconciliet, tot, et tam graves suadere videntur rationes, et authoritates, ut id vel in dubium revocare, si non temerarij, saltem imprudentis videatur esse consilij.

Et in primis quidem audimus sacros canones identidem clamare, morientibus pœnitentiam non esse denegandam, ita loquitur Can. Si quid de corpore, cum sequentibus cau. 26. quæst. 6. capit. Quod in te est de pœnitentia et remissione. Nec Celestinus Papa in Can. Agnovimus ead. Causa et quæst. inquit Agnovimus, pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desiderijs annui, qui obitus sui tempore, hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem inveniri, ut de Dei bonitate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub onere peccatorum hominem recipere, quo se expediri desiderat, et liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere?

III Si enim

sæpe Cod. de Sponsalibus decernit, adhuc diutius expectandum
esse, si unus ex Sponsis obscuritatem necessariam habet.

XVII Verum citatæ LL. ad præsens minime sunt attendendæ, quia te-
ittud solummodo ad hoc determinant, ut Sponsa possit a spon-
salia recedens tentis, et donatis propter Nuptias: hæc
sponsalia … non volebat, de jure Romanorum poterat quivis
… die et tempore, pro libitu, sibique dispensa-
tionem … sponsalia contracta … solvere, ut in altera præcedenti
… probasse meminimus. cum vero hujusmodi resi-
lientia per canones sit sublata, præfatæ leges
pro judicandis nostri casibus, minime attendendæ erunt.

XVIII Hæc autem utriusque juris diversitas seu potius contrarietas
fundatur in eo, quod jus civile solum bonum publicum,
politicum considerabat, nec ad peccatum attendebat; jus
… vero peccatum, et periculum incontinentiæ considerat:
et hinc est quod leges civiles biennii, triennii, vel etiam
longiorem dilationem præscribant; jus canonicum autem
considerans, quod ob sponsi absentiam immineat sponsæ
[illegible] periculum, concedit, ut si sponsus dimittat ter-
… et se ad partes alias transferat, liberum sit sponsæ
alia vota transferre, nisi spes sit, ut de proximo sponsi red-
itus sperentur, vel aliter fuerit inter ipsos conventum.

Pro Congregatione diei 26 Novembris 1733

Binum de more proposuimus casum, ad utrumque decidendum, divino implorato auxilio, procedimus.

Primum sic exhibuimus

* Cujus in articulo mortis constitutus, vult confiteri, et, cum nullius alterius sacerdotis copia habeatur, quam excommunicati, et
NB. denunciati, huic confitetur, et ab eodem recipit absolutionem. Unde quæritur, an hujusmodi absolutio valeat?

I Quod valeat absolutio impertita à Sacerdote, etiam excommunicato, et denunciato, cum nullus alius adest Sacerdos, qui morientem reconciliet, tot, et tam graves habere videntur rationes, et authoritates, ut id vel in dubium revocare, si non temerarij, saltem imprudentis videatur esse consilij.

II Et in primis quidem audimus sacros canones identidem clamare morientibus pœnitentiam non esse denegandam, ita loquitur Can. Si quid de corpore, cum sequentibus cau. 26. quæst. 6. capit. Quod in te 3 de pœnitentia et remissione. Sic nec Cœlestinus Papa in Can. Agnovimus ead. Causa et quæst. inquit Agnovimus, pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desiderijs annui, qui obitus sui tempore, hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem inveniri, ut de Dei bonitate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub onere peccatorum hominem relevare, quo se expediri desiderat, et liberari. Quid hoc, rogo aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere?

III Si autem

III Si autem absolutio impertita à Sacerdote excommunicato, et denunciato foret invalida etiam cum moriens ab alio Sacerdote reconciliari non posset, utique inferretur morientibus pœnitentiam denegari.

IV Deinde, baptismus in extrema necessitate an non valide recipitur etiam ab excommunicato et denunciato, imo et à quocunque hæretico, et schismatico? ita enim definitum habemus in can. Præter §. Verum dist. 32. et in can. Si quem forte. cau. 1. quest. 1. cur ergo non etiam pœnitentia, cur etiam absolutio Sacramentalis a Sacerdote excommunicato, et denunciato in casu necessitatis impertita non valebit? Sicut enim baptismus parvulis, ita pœnitentia peccatoribus morientibus, sunt Sacramenta necessitatis secundum Gloss. in cit. can. Si quem forte, Verbo, Baptismum parvulorum; unde in summario ejusdem can. sic legitur: In extremo positus, etiam ab hæretico pœnitentiam recipere valet: nam quod non est licitum, necessitas facit licitum.

V Et proinde credendum non est, Ecclesiam voluisse deserere pœnitentes in extrema illa necessitate constitutos, sed potius tanquam piam matrem voluisse illis succurrere hoc salutari præsidio, habilitando Sacerdotes, etiam excommunicatos, et denunciatos, atque omnino irregulares, ad absolvendum; quinimmo Ecclesia, ex lege charitatis videtur non potuisse hoc prætermittere ne aliquis pereat; sicut nec etiam prætermisisse videtur; habemus enim hac de re claram et expressam Sacri Concilii Trid. dispositionem contentam in can. VII. de Sacramento Pœnitentiæ Sess. 14. quod sic habet. Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit; ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis et censuris absolvere possint.

VI Hæc sunt fundamenta quibus evidenter videtur posse convinci, absolutionem impertitam à Sacerdote excom=

excommunicato, et denunciato in articulo mortis, cum nullus alius Sacerdos adest, qui morientem absolvat, validam esse, et subsistentem. Et hæc proinde est sententia, quam plurimi nostræ ætatis [struck out] Moralistæ magis veluti certam supponunt, quam tantum veluti probabilem amplectantur.

VII Nos vero occasione decisionis præsentis casus, rem longe aliter se habere, idest, absolutionem à Sacerdote excommunicato et denunciato in articulo necessitatis impertitam nullatenus valere, palam ostendemus tum argumentis luculentis pro nostra decisione fulcienda adducendis, tum solutione eorum quæ in contrariam partem adducta sunt, quæque possunt afferri.

VIII Et in primis certum est, quod absolutio Sacramentalis Sacerdotis sit actus judicialis, cap. Verbum Dei, de Pœniten. dist. 1. et hoc est de fide, ut in Concil. Trid. sess. 14. de Sacram. Pœnit. can. 9. definitum fuit. Ratio autem judicij exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur, ac proinde nullius momenti sit absolutio, quam profert Sacerdos non habens jurisdictionem in pœnitentem, ut legitur in cap. 7. de casuum Reservatione ejusdem Conc. Trid. At excommunicatus et denunciatus, cum sit separatus à corpore Christi, et traditus Satanæ can. Omnis Christianus, et can. Nihil Cau. 11 quæst. 3. et à consortio totius Christianitatis eliminatus, ut dicitur in can. Canonica in fin. ead. Cau. et quæst. Profecto nec ullos habet subditos, nec potestatem aliquam jurisdictionis, ideoque nec judicare potest, nec quemquam solvere, vel ligare; usus enim jurisdictionis est in comparatione ad alium hominem, et ideo cum omnis excommunicatus à communione fidelium separetur, quilibet excommunicatus usu jurisdictionis privatur; unde excommunicatio est jurisdictionis privatio

privatio, quæ sunt præcisa verba D. Th. in 4. dist. 18 quæst. 2 art. 2 quæst. 3 in c.

IX Nec valet, si dicatur, Ecclesiam tribuere jurisdictionem sacerdoti excommunicato et denunciato in articulo mortis. ~~Verum~~ Hoc enim omnino gratis asseritur, quia nullus canon allegatur, nec allegari potest, in quo id cautum reperiatur; et quando Ecclesia voluit conferre jurisdictionem in articulo necessitatis sacerdotibus etiam simplicibus, et non ~~habentibus jurisdictionem~~ expositis ad confessiones audiendas hoc expressit claris, ac distinctis verbis, uti patet ex can. Si Presbyter cau. 26. quæst. 6., in Extravag. Inter cunctas §. Incendiarij de Privilegiis, et in extravag. 1. §. Decernimus de sent. excomm. Sic etiam quando Ecclesia voluit, ut sacerdotes jurisdictionem pro absolvendo a peccatis reservatis non habentes, eam haberent, hoc itidem expressit, ut videre potestis in can. Frater noster cau. 17. quæst. 1. in cap. Pastoralis §. Præterea, de offic. ordinarij, cum concordan. et in cit. cap. 7. Concilij Trid.

X Cum igitur Ecclesia simpliciter, et absolute spoliet quacunque jurisdictione ac potestate sacerdotem excommunicatum et denunciatum, nec ullibi expresserit absolutionem ab eo impertitam valere, saltem in extremæ necessitatis articulo, censetur noluisse ei tribuere hujusmodi potestatem arg.° l. unica §. Sin autem Cod. de caducis tollen.

XI Verum, ut veritatem ingenue fateamur, neque hactenus adductæ rationes, et argumenta satis forent, ut nos inclinarent ad decidendum absolutionem, de qua loquitur noster casus, fore nullam, nisi quasi in terminis ejusdem nostri casus edita fuisset declaratio a Sacra Congreg. Cardinalium S. Concilij Trid. interpretum, in hæc verba.

XII Episco:

45

XII Episcopus Valentinensis petijt declarari; utrum pœnitentes in articulo mortis constitutos possit in casibus ~~[illegible]~~ reservatis absolvere quilibet Sacerdos, etiam excommunicatus et denunciatus, ut tenuit Navarrus de Regulis Confessariorum cap. 27. num. 272. V. quod per eadem verba. fol. 551:

Congregatio Generalis Moroni, Aliciati, Senonensis, Montisalti, Albanensis, S. Sixti censuit, non posse. Quia communis opinio videtur illa, quod tales excommunicati non possint, etiam in hoc casu necessitatis, Magister Sent. in 4. dist. 19. S. Th. in 3. part. quæst. 82. art. 7. ad 2. et in 4. Sententiarum dist. 19. quæst. 1. art. 2. quæst. 2. ad 3. Durand. in 4. dist. 19. quæst. 2. num. 17. in respons. ad 4. Capreol. in 4. dist. 19. quæst. 1. art. 3. Turrecrem. in cap. 1. num. 2. de pœnit. dist. 6. S. Antonin. in 3. part. tit. 14. cap. 19. § quintadecima conditio, Bacchonus in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2. Scot. in 4. dist. 19. quæst. un. art. 4. Ricardus in 4. dist. 18. art. 9. quæst. 6. Alexander de Ales in ~~quarta~~ parte quæst. 20. membro 8. art. 2. Navarrus in manuali cap. 26. num. 26. Faciat can. ~~[illegible]~~ audivimus. 24. quæst. 1. Abbas in cap. cum clericus, de ordinat. ab. Ep. qui non. Decius in § mero [illegible] de jurisdic. omn. jud., licet contra tenuerit Paludanus, Silvester, et Sotus; Nec obstat cap. 7. de Reservatione, quia debet intelligi de omnibus Sacerdotibus in unitate Ecclesiæ viventibus, referendumque ad eos Sacerdotes, de quibus eod. cap. 7. in prima, et secunda parte agitur, qui habent vel ordinariam, vel delegatam potestatem.

XIII Hactenus verba declarationis, quam ita de verbo ad verbum refert ~~[illegible]~~ celebris Canon. Prosper Fagnan. in cap. Non est vobis, de Sponsalibus, qui per plures annos ipsi Sacræ Congreg. fuit a Secretis, quare tenete dicendum est, eos moralitas

est moralistas nostrae aetatis, qui contrariam opinionem frequentius sunt secuti, vel praedictae declarationis notitiam non habuisse, vel opinatos esse, sublatum fuisse omne dubium, quod hac de re esse posset, per supradictum cap. 7. Concilij Trid.

XIV Verum, quod locus iste Concilij Trid., etiam praescindendo a praedicta declaratione, nec debeat, nec possit intelligi in sensu contrarium opinantium, faciunt sequentes considerationes.

XV In primis enim Concilium in praedicto decreto capitis 7., cum declarat in articulo mortis nullam esse reservationem, et ideo omnes sacerdotes absolvere posse, dicit: in eadem Ecclesia Dei id custoditum semper fuisse: Igitur manifestum est in ea parte decreti concilium non egisse de sacerdotibus excommunicatis, et denunciatis, quia minime fuit semper custoditum in Ecclesia, ut tales possent absolvere in articulo mortis. Immo ante Concilium communis opinio erat, quod non possent etiam in hoc casu necessitatis, ~~[illegible]~~ ut dicitur in praeadducta declaratione Cong. Concilij: male igitur Patres dixissent custoditum semper fuisse in Ecclesia, ut sacerdotes praecisi possent absolvere in articulo necessitatis, cum summi Theologi, et canonistae ad illa usque tempora frequentiori calculo oppositam sententiam docuissent, praesertim considerando adverbium illud semper, quod ostendit de jurisdictione sacerdotum in casu Concilij nullo unquam tempore fuisse dubitatum in Ecclesia Catholica, sed in ea custoditum, et observatum fuisse, ut omnes possent absolvere; et tamen de praecisis non modo erat dubium an possent, sed communis opinio erat negativa. Igitur necesse est fateri sanctam Synodum eo loci nequaquam egisse de sacerdotibus excommunicatis, et denunciatis, sed duntaxat

duntaxat de sacerdotibus non habentibus potestatem absolvendi à reservatis aliàs approbatis ~~...~~ ad audiendas confessiones, vel de sacerdotibus simplicibus (?) ~~existentibus in ...~~

XVI Deinde, mos datum in Trid. Synodo nunquam fuit definire controversias, quas Doctores Catholici præsertim insignes habebant inter se, sed tantum illas, quæ agitabantur inter Catholicos, et hæreticos, ut accurate observat Card. Pallavicinus in sua præclara Historia Concilij Trid.; de potestate autem sacerdotis publice excommunicati ad absolvendum in articulo mortis, nulla erat controversia nisi inter Catholicos, et opinio negativa erat communis. Ergo non est verisimile, ut Concilium voluerit eam dirimere; quin potius credendum est sapientissimos Patres in eo decreto noluisse recedere à sententia D. Th., cujus doctrinam tanti semper fecit sacra Synodus, ut illi innixa gravissimas quæstiones, et controversias definierit, præsertim vero, quia et hæc erat sententia communis Theologorum, et canonistarum tum inspecto Authorum numero, quam pondere.

XVII Demum scire plurimum juvat, quod inter Cardinales Congregationis Conc., in qua edita fuit declaratio jamjam relata, caput fuit Joannes Card. Moronus, qui paulo ante fuerat Legatus Apostolicus in Concilio, et cujus directione in eo cuncta agebantur. Unde si Patres Concilij in dicto decreto voluissent includere etiam sacerdotes excommunicatos, et denunciatos, profecto idem Cardinalis non consensisset, ut in Congreg. Concilij fieret contraria declaratio, quin potius reclamasset, et resolutionem facile impedivisset. Quod cum non fecerit, immo consenserit declarationi, quomodo potuit esse intentionis PP. Concilij in eo decreto comprehendere sacerdotes etiam excommunicatos, et denunciatos?

XVIII Concludendum est igitur, decretum illud Concilij = atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis, et censuris absolvere possunt = ad sacerdotes excommunicatos, et denunciatos minime pertinere. Atque ita corruit potissimum fundamentum, quod ab incondultis Neotericis constituitur

in

in verbis generalibus Concilij; quandoquidem verba illa = omnes Sacerdotes = restringi debent ex mente Concilij ad Sacerdotes aliunde habentes ordinariam vel delegatam jurisdictionem, quales certe non sunt
XIX excommunicati, et denunciati.
Sed et reliqua contrariæ opinionis fundamenta pari facilitate dissipantur. Etenim ultro fatemur morientibus non esse denegandam, imo concedendam pœnitentiam; sed dicimus concedendam esse a ministris habilibus, quales ex dictis non sunt Sacerdotes excommunicati et denunciati.
XX Ad paritatem de baptismo respondemus, sacramentum Pœnitentiæ non esse tantæ necessitatis, ut debeat suscipi etiam de manu Hæretici et excommunicati denunciati, sicut baptismus, qui requiritur ad salutem ex necessitate medij; potest enim moriens divina gratia adjutus elicere actum contritionis cum Sacramenti voto et justificatur, ut definitur a Trid.a Synodo sess. 14. cap. 4 de contritione. Summarium vero canonis, si quem forte, et Glossa dicens, in articulo necessitatis recipi posse pœnitentiam a Sacerdote, etiam hæretico, communiter reprobatur, ut testatur Covarr. in capit. Alma mater, in relectione prioris partis § 6 num. 8 conclus. 8. de sent. excomm. per contrarium tit. Glossæ senioris Gloss. in cap. Pastor § = Verum, in verbo, vel communione dist. 3.
XXI Nec etiam quidquam evincit illud ratiocinium, nempe, credendum non esse Ecclesiam voluisse deserere pœnitentes in extrema illa necessitate constitutos, atque tanquam piam matrem voluisse illis succurrere hoc salutari præsidio, habilitando Sacerdotes etiam excommunicatos et denunciatos ad absolvendum. Nam substantialia sacramentorum nequaquam sumi possunt ex his verisimilitudinibus et præsumptionibus; cum enim ad valorem Sacramenti pœnitentiæ necessaria sit in ministro potestas, et jurisdictio ad absolvendum, oportet ostendere canonem, per quem Ecclesia constituerit, ut saltem in extrema necessitate dictam jurisdictionem habeat Sacerdos excommunicatus, et denunciatus, sicuti per expressum canonem Presbiter
can

can. 26. q. 6. et plures alios, tribuit in dicta necessitate jurisdictionem sacerdotibus, alias eam non habentibus; alioquin si liceret ita ratiocinari, utique liceret etiam ita discurrere: non est verisimile, ut Deus in extremo necessitatis periculo noluerit absolutionis beneficium impendi posse etiam a Diacono, subdiacono, vel etiam simplici clerico, quin immò et à laico, ut quidam falsò sensisse putant S. Augustinum. Item liceret affirmare, Ecclesiam ex lege charitatis debuisse statuere, ut positus in extremis recipere posset viaticum et extremam unctionem a sacerdote etiam hæretico, et excommunicato et denunciato, nam et hæc sacramenta conducunt ad vitam æternam; et tamen nullus ex catholicis ausus est id affirmare, ut per D. Th. in 4. dist. 19. quæst. 1. art. 2. quæst. 2. ad tertium, et memorabile exemplum habemus de Sancto Rege Hermenegildo, qui jussu Patris occisus est; eò quod noluerit sacram communionem recipere de manu Episcopi Ariani, ut refertur in can. Cæpit cau. 24. quæst. 1.

XXII Sicut igitur post baptismum lapsis Christus Dominus noluit præbere remedium adeo universale, sicut præbuit pro consequenda venia ante baptismum; cum in hoc voluerit sufficere quemcunque ministrum, in illo autem noluerit posse alium adhiberi, quam charactere sacerdotali insignitum, nullo excepto necessitatis casu: ita Ecclesia ad imitationem Christi potuit non adeo indulgere lapsis post baptismum, ut voluerit eos in articulo mortis posse justificari per absolutionem eis conferendam à sacerdotibus etiam hæreticis, et excommunicatis denunciatis.

XXIII Cæterum satis in hoc videtur relucere pietas, et charitas Ecclesiæ, quod in Extravag. Ad evitanda scandala, emanata in concilio Constantiensi, constituerit, ut non omnes excommunicati nobis essent vitandi, sed duntaxat publici clericorum percussores, et denunciati; etenim post hujusmodi Ecclesiæ constitutionem, à Concilio Trid. minimè sublatam, valebit absolutio sacerdotis excommunicati non vitandi non modò in extrema mortis necessitate, sed etiam extra eam). Secundum

(Secundum casum sic proposuimus)

* Cum Parochus potuisset facillime convenire Ordinarium pro con-
sequenda facultate absolvendi à casu reservato Titium
in articulo mortis constitutum, eum nihilominus absolvit.
Quinde dubitari potest, an hæc Parochi absolutio valeat?

I Certa est Doctorum sententia, cum istud legitimus Superior,
vel ejus delegatus, vel non possit facile adiri, vel si
alteruter quidem adsit, sed nolit, posse tunc, non modo
Parochum, vel alium confessarium, verum quemlibet Sacer-
dotem in unitate Ecclesiæ viventem hominem in articulo mortis constitutum confitentem
audire, et valide, ac directe à quibuscunque censuris,
et peccatis reservatis absolvere, prout etiam ex hactenus
dictis satis colligitur.

II Verum an etiam in nostro casu, ubi Parochus facillime potest
convenire Ordinarium, vel, uti suppono, delegatum jurisdi-
ctionem habentem accersire, valide, ac directe tribuatur absolutio à
reservatis in mortis articulo constituto, res non est ita clara,
ut possit cathegorice affirmari. Dubium enim movent
citata illa verba Concilii Trid. Sep. 14 cap. 7. de casibus reser-
vatis, quæ repetere non piget: Pie admodum, inquit Sancta
Synodus, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, custoditum
semper in eadem Ecclesia Dei, ut in articulo mortis nulla
sit reservatio: atque adeo omnes Sacerdotes, quemvis quo-
sequuntur. Quinde siquidem videtur posse efformari
hoc ratiocinium: Reservatio in mortis articulo à Conci-
lio non aufertur, nisi propter periculum jacturæ ani-
marum: ne hac ipsa occasione (nempe reservationis)
aliquis pereat: adeoque nulla visa fuit causa reservationis
auferendæ, cum abest hujusmodi periculum; dum autem fa-
cillime conveniri potest Superior, vel accersiri potest, vel istud
habens potestatem delegatam reservare absolvendi à

reservatis

reservatis, nullum videtur adesse tale periculum, igitur non cessabit reservatio quo ad nostrum Parochum? igitur invalida erit absolutio ab eodem impertita.

II Idque multo magis verum esse videbitur, si consideremus, Concilium Trid. in loco laudato, jus novum non condidisse, sed tantum retulisse, ac confirmasse quod semper hactenus fuit ab Ecclesia custoditum. Atqui ab Ecclesia semper fuit custoditum ut, dum adest superior, vel delegatus, inferior Sacerdos hominem morti proximum a reservatis non absolveret ut habet can. Si quis, ubi dicitur absolutionem posse dari a quibuscunque Sacerdotibus, si abest Prelatus ordinarius, et cit. can. Presbyter ubi sic legitur: Presbyter non reconciliet pœnitentes, nisi absente Episcopo ultima necessitas urgeat. Demum in extravag. Inter cunctas, Summus Pontifex sic loquitur: Decernimus pœnitentes posse absolvi in certis casibus, si haberi nequeat recursus ad Episcopum, vel Pontificem. Igitur ex sacris canonibus nequit inferri ab inferiore Sacerdote, qualis est Parochus respectu Episcopi, non posse absolvi a reservatis contritum in articulo mortis, si facilis sit recursus ad habentem legitimam potestatem.

III Verum his minime obstantibus censemus absolutionem a Parocho, et in articulo mortis constitutum etiam a reservatis fore directe absolutum impertitam in hypothesi nostra casus esse validam; Nam juxta Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de pœnitentia, in mortis articulo desinit omnino reservatio. Igitur inferiorum Sacerdotum confessariorum jurisdictio, quæ per reservationem restricta erat, jam in totam suam amplitudinem restituitur. Itaque quilibet ex illis, adeoque etiam noster Parochus, potest a criminibus reservatis non minus quam a cæteris omnibus valide et directe absolvere.

IV Neque dicatur, reservationem illam tunc tantum auferri, cum abest legitimus superior, vel ejus delegatus, aut facile adiri non potest,

non=

non verò quando facilis est ad eundem recursus; Frustra enim hoc apponeret; quia cum Concilium pronunciat, nullam esse juxta perpetuam Ecclesiae praxim in articulo mortis reservationem; absolutè omninò loquitur, nec istud, aut aliud quodcumque adjunctum apponit; quo universalis per se propositionis sensus quodammodo coarctatur. Nihil ergò nos nisi frustra, et perperam apponere possumus; praesertim cum solemne sit jam axioma: ubi lex non distinguit nec nos distinguere debemus.

V Confirmatur ex fine quem sibi proposuit Conc. Trid., hic enim fuit, ne occasione reservationis aliquis pereat; ~~[illegible]~~ sed si tunc etiam cum adest, vel facilè adiri potest legitimus Superior, vel ejus delegatus perseveraret adhuc in mortis articulo reservatio, ~~nullum tamen~~ Ecclesia finem sibi propositum non obtineret, etenim homines jamjam morituri variis de causis aeternae salutis periculo objicerentur, saepe enim contingeret, ut dum Superior adiretur, vel delegatus accerseretur, poenitens interea moreretur, et alia sequerentur incommoda. Ut est v.g. periculum revelationis in conveniendo Superiore, vel accersendo delegato. Deinde homo morti proximus sciens se non posse absolvi à proprio Parocho, vel à Confessario, in quem ipse confidit, pressus difficultatibus confessionem de die in diem posset differre, et ita è vivis excedere.

VI Non tamen velim, ut ~~quidem inferatur~~ ex fine Tridentini: ne occasione reservationis aliquis pereat: inferatur, etiam Sacerdotes non approbatos posse validè absolvere confitentem in mortis articulo nedum à peccatis non reservatis, sed etiam à reservatis, dum adest ~~[illegible]~~ habens legitimam potestatem, immò et Sacerdotem excommunicatum et denunciatum, saltem dum adest alius Sacerdos vivens in Ecclesiae unitate.

VII Nam in toto capite, ex quo desumpta sunt illa verba: Piè admodum semper custoditum in Ecclesia fuit, ut nulla sit reservatio in mortis articulo, atque ideo omnes Sacerdotes po-

à quibusvis peccatis absolvere: agitur duntaxat, ut ipse etiam fert titulus, de casuum reservatione. Ergo de his tantum Sacerdotibus, ~~in quos reservatio [illegible]~~ quorum jurisdictio reservatione restringitur, sermo est: non vero de iis qui nulla jurisdictione muniti sunt, et quorum proinde nihil interest, sint ne casus reservati an non.

VIII Quod ulterius ita ostenditur. Concilium post laudata illa verba, ita immediate subjungit; Extra vero mortis articulum, cum nihil possint Sacerdotes circa reservata, meminerint poenitentes &c. Ubi, sicut hic vox (Sacerdotes) qui dicuntur circa reservata extra mortis articulum nihil posse, cum indefinite posita sit, et subsequatur particula negans, quae universalem propositionem efficiat, supponit pro solis Sacerdotibus, qui reipsa jurisdictione, et approbatione muniti sunt: eos enim duntaxat solent poenitentes confessionis causa advocare. Ita pariter eadem vox (Sacerdotes) superius posita, dum dictum fuit, atque ideo omnes Sacerdotes, posse à quibusvis peccatis absolvere: etsi habeat adjunctam particulam, omnes, nihilominus pro solis iis, qui audiendis fidelium confessionibus dant operam, debet supponere.

IX Etenim de iis duntaxat Sacerdotibus hic loqui Concilium necesse est, seu cum declarat Sacerdotes posse à quibusvis peccatis absolvere in mortis articulo, seu cum monet eos quod ad reservata extra illum articulum nihil posse, seu cum praescribit quid agere debeant, dum audiunt in confessione poenitentes reservatis casibus irretitos: necesse inquam est Concilium de iisdem Sacerdotibus ad audiendas confessiones approbatis ista tria enunciare: alioquin ineptum esset vel eadem vox in una periodo bis usurpata, nunc pro iis, nunc pro aliis, nunc pro omnibus, nunc pro aliquibus duntaxat intelligenda esset, ne minima quidem adjuncta particula, quae diversum sensum subindicet.

X Cum

X Cum igitur Concilium Trid. in cit. cap. 7. nullatenus loquatur de Sacerdotibus non approbatis, et multo minus de excommunicatis denunciatis, concludere oportet, quod solus Sacerdos ordinarius, vel delegata jurisdictione aliunde munitus quo ad non reservata, ex vi constitutionis Tridentinæ possit in mortis articulo à reservatis valide, et directe absolvere etiam tunc, cum facile adiri potest legitimus Superior, imo cum et ipsemet adest. Simplex vero Sacerdos, et ad audiendas confessiones non approbatus, possit quidem in mortis articulo absolvere quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis, et certam absolvere, cum non adest Sacerdos approbatus et legitimus Superior, sed hanc potestatem non habeat à Trid. utpote quod de eo nequaquam loquitur, verum eam habeat ex can. Presbyter caus. 26 quæst. 6. ex extravag. Inter cunctas de Privilegiis, et extravag. Decernimus de Sent. excom. aliisque Sacris Canonibus.

XI Cum autem in nullo unquam casu Ecclesia tribuat potestatem et jurisdictionem absolvendi excommunicatos et denunciatos, circa hoc enim in toto corpore Juris Canonici in nullo Concilio in nulla Bulla Pontificia nihil cautum fuisse invenitur, hinc est quod sine ullo fundamento contrarium afirmaretur, sed Sacramenti pœnitentiæ valorem in verisimilitudinibus duntaxat constitueremus.

XII Ad ea quæ in contrarium adducebantur facilis est responsio. Et in primis tantum abest quod Concilium Trid. faveat oppositam asserentibus, ut potius eisdem adversetur, ut sat fuse ostendimus. Ad rationem autem objectam respondemus, quod etsi Ecclesia voluerit reservationem in mortis articulo cessare ne ejus occasione quisquam periret, non propterea sequitur eam reservationem non auferri etiam tunc, cum nullum adest animarum jacturæ periculum; quia cum lex aliqua ob certum finem indicta est, viget tamen et obligat etiam in illis casibus particularibus, in quibus ejus finis cessat quidem negative, non autem contrarie. Tandem sacri illi Canones in contrarium allati nos non urgent. neque enim in iis agitur de absolutione sacramentali sed de reconciliatione cum Ecclesia quo ad publicos pœnitentes, ut patet ex ipsorum serie.

VIII

Pro Congregatione habita die 25. Januarij 1713 ... 80.

Divino implorato auxilio procedimus ad decisionem trini casus pro hodierna Congregatione propositi

Primum sic proposuimus

Titius rogatus à Caio extero, et paupere, ut habita fide de pretio usque ad sex menses, sibi vendat viginti urnas vini, justo pretio valentes viginti aureis, illi eas vendit pro uno supra viginti; propter grave periculum, quod prudenter timet, perdendi ex toto istum pretium.

I In hac facti specie dubitari potest, an Titius uno aureo vini justo pretio vendens dictum vinum, vel plures aliter causas, et circumstantias, ob quas, tam pretium venit taxatum, quam etiam vulgare non modò medium, sed summum quoque augere, ipsamque mercem carius vendere liceat; nemo erit, qui ibit inficias.

II Nam in primis si adsit damnum emergens, si nempe venditori damnum emergat, ... ex eo, quod rem suam emptori vendat, ... futurum, si eandem ... servaret, rem istam posse carius vendi justo pretio, unanimis tenet, et certa Doctorum sententia cum D. Thoma 2. 2. q. 77. art. 1. eo quod damnum emergens est pretio estimabile, nec equitas ... ut quis ex contractu ... in gratiam alterius invitus patiatur; consequenter ... in gratiam alterius rem suam vendat, damnum sibi ex eo, quod in gratiam alterius rem suam ... emergat, ejus recompensationem justè ... potest, augendo juxta proportionem damni, pretium rei vendi..., hoc enim nihil non justum continet arg. ... Precariò §. 3. cau. 10. q. 2. junctâ L. Hoc jure §. 1. ff. de donationibus.

III Jute damni emergentis consimilis est quod pretium augendum causâ lucri cessantis; quia, cum talis venditor, non tantum mercem sed etiam lucrum, quod pretio estimabile est, vendat, pro illo aequè, ac pro merce proportionatum potest exigere, ... ne invitus beneficium in contractu praestare cogatur, contra

Ut: Can.

... in ... in ...

circum. Precanz

IV Verum, ut tam ob damnum emergens, quam ob lucrum cessans juste augeri possit pretium, utrumque sequi debet ratione illiusmet venditionis, et non aliunde, vel per accidens. Exempli causa, licite potest quis alicui vendere triticum, pannum, oleum, et alias merces, si prudenter praevidet, quod post aliquod temporis spatium, quousque aliquid vendere non cogitaverat, mercium naturale, vel taxatum pretium majus sit futurum; non vero licite auget ditum pretium si horum nihil praeviderit, merces alias vendidisset: Textu claro cap. fin. de Usuris, ibi: Excusatur etiam, (nempe ab usura seu lucro illicito) qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, ut amplius, quam valeant, in certo termino recipiat pro eisdem: si tamen ad tempus contractus non fuerat venditurus.

V. Requiritur praeterea, ut augmentum pretii non in tantum, quantum damnum emergens, vel lucrum cessans efficit; sed deductis fiat expensis et laboribus, quos in evitando damno, vel lucro acquirendo venditor facere debuisset. Sic v.g. quinquaginta staria tritici in mense Augusti juxta pretium vulgare justum, etiam summum, non valent nisi quadraginta aureis; quamvis eadem quinquaginta staria tritici in mense martio, in quo venditor destinaverat illa vendere sint valitura quinquaginta aureis, non tamen propterea potest eadem vendere in mense Augusti pro quinquaginta aureis; sed debet prius deducere id, quod decrevisset usque ad illud tempus, et debet deducere omnes expensas, quas pro purgando, et curando dicto tritico fecisset; etenim universaliter tam damnum emergens, quam lucrum cessans non nisi deductis expensis computatur.

VI Demum ut titulo damni emergentis, vel lucri cessantis pluris merx vendatur, quam valeat vulgari justo pretio, tum venditor

requiritur

VII

VIII

requiritur etiam, ut emptor prius moneatur, quod videlicet ex venditione hac venditor damnum emergens, vel lucrum cessans patiatur, indeque pluris vendat, quam pretium naturale, vel legitimum efficit: alias enim decipneretur emptor qui ignorans verum pretium, justo pretio currenti sibi rem vendi putaret; indeque emeret, non empturus, si sciret pretium ob venditoris lucrum cessans, vel damnum emergens augeri, eo quod forsan facile alium inveniret, qui jumenta justo pretio vendere paratus foret, utpote nullum ex venditione præsenti damnum emergens, vel lucrum cessans passurus.

VII Causa itidem licite augendi pretium, cariusque vendendi est specialis ad rem affectus venditoris, causans eidem honestam oblectationem. Verb. gr. habet quis equum, canem, aviculam, ex quibus honestam capit mentis distractionem, oblectationem, aut hilaritatem; si requiratur ea vendere, potest in pretium deducere specialem affectum, quem habet erga eadem; et propterea pluris vendere. hujusmodi tamen affectus, ut dixi, debet esse specialis, idest magnus, non autem levis, vel communis; unde, si venditor esset duntaxat intantum affectionatus merci, ut esset æque affectionatus ejusdem currenti pretio rigoroso, et summo, cum in hoc casu affectus erga mercem compensaretur affectu quem habet erga pretium summum, non posset eam pluris vendere ex titulo affectus. Cæterum in praxi est valde periculosum augere justum pretium ex prætextu specialis affectus. Denique oportet etiam monere emptorem, quod ex causa specialis affectus ei pluris vendatur res quam currenti justo pretio valeat, ob rationem paulo ante adlatam.

VIII ~~[illegible]~~

Neque tamen hinc recte potest inferri quod venditor possit justum rei pretium augere etiam ex eo, quod videat emptorem speciali erga illam affectu affici, vel magnum inde reporta-

trinum

tunem lucrum, aut necesse habere, ita, ut nisi emat, notabile
incurrat detrimentum; nam ut ait D. Th. 2.2. q. 77. a. 1
nemo suam commoditatem emere cogitur. Et, quia venditor
non potest vendere id, quod non est suum: commoditas autem
illa, utilitas, affectus, vel necessitas, quam respectu rei solet
habet emptor non est venditoris; igitur nec ratione illius potest
carius vendi. Itaque injusta est, et restitutioni obnoxia damna-
bilis quorundam praxis, qui videntes, quod res istorum necessa-
riae, vel valde utiles sint alicui alteri, ex hoc solo capite
pretium notabiliter augent, mendaciter simulando, quasi vero
rem omnino illibenter venderent, vel ex venditione damnum
emergens proprium, aut lucrum cessans haberent.

IX Causis licite augendi pretium communiter solet accenseri
etiam penuria seu raritas mercium, ac multitudo emptorum
quia, quod rarius est difficilius haberi potest, quod autem
difficilius minorique in copia invenitur, existentibus multis
emptoribus, communiter pluris aestimatur; haec autem commu-
nis aestimatio pretii augmentum justificat, seu potius ad eundem
pretium justum efficit, arg. l. Pretia rerum ff. ad l. Falcid.

X An autem dictis causis augendi pretium adnumerari possit etiam
dilatio solutionis, quod idem est ac quaerere, an ex eo
quod quis credito vendat, recipiens pretium tantum v.g.
post medium annum, vel post annum, possit [illegible]
pretium augere? desuper potest quis dubitare; nemo enim
tenetur habere fidem de pretio, nec illud expectare v.g. ad
annum. Verum illicitum esse, rem pluris justo vendere eo
sola causa, quod venditio credito fiat, et solutio differatur
Theologorum, et universaliter communis sententia declarat
quae innititur Textui claro Cap. Consuluit 10 de usuris, ubi
ad interrogationem, an negotiator poena usurae debeat
condemnari, qui merces suas longe majori pretio distrahit
si ad solutionem faciendam prolixiori tempore dilatio pro-
rogetur, quam si incontinenti pretium persolvatur? R.

Respondet

Respondet Summus Pontifex: hujusmodi homines judicandos sunt male agere, et ad restituendum acceptum in animarum judicio efficaciter inducendos.

XI. Merito; quia si quis rem viginti aureis constantem vendit triginta, ex hoc solo, quod viginti aurei v.g. post annum fuerant solventur, idem videtur facere ac si viginti aureos mutuos daret, ut post annum triginta recipiat, ut considerant patet; sed in hoc casu continetur usura; ergo etiam in illo casu continetur illicitum lucrum.

XII. Atque inde videri potest in proposita facti specie uno aureo supra justum pretium vendendum esse Titium, quod excessisset vendendo illas viginti urnas vini, habita fide de pretio usque ad sex menses. Immo ad ita sentiendum obligare videtur Textus in Cap. Naviganti, quod est ultimum de usuris, quamvis supponatur quod Titius non ideo vendidit uno aureo carius, quia credito vendidit expectatione pretium usque ad semestre, sed ideo tantum, quia vendendo sic, extero, et pauperi exponebat se judicio prudentum gravi periculo subeundi jacturam totius pretii. Laudatus enim Textus ita aperte disponit: Naviganti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniae quantitatem eo quod suscepit in se periculum, recepturus aliquid supra sortem, usurarius est censendus. Ille quoque, qui dat decem solidos, ut alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei mensurae reddantur, quae licet tunc plus valeant, utrum plus minusve tempore solutionis sint valiturae verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc usurarius reputari. Ex quo tantum videtur necessario inferendum, quod sicut mutuans ob periculum, quod in se suscipit amittendi sortem, nequit sine labe usurae aliquid exigere supra sortem, ita nec venditor ob periculum quod subit amittendi pretium rei credito venditae possit licite augere pretium justum ejusdem rei.

XIII

XIII Verum his non obstantibus sentemus in nostro casu Titium aureo supra justum pretium vendendo minime peccasse; Nam quod venditor, quando ob dilatam solutionem pretij prudenter timet periculum amittendi integrum pretium justum vel ex toto, vel ex parte, possit juxta arbitrium viri prudentis rem plurius vendere juxta proportionem periculi, verior habet sententia, cui favet S. Thomas 2. 2 quaest. 77. art. 4 ad 2., et probatur efficaciter ex cap. in civitate 6 de usuris, ubi postquam Summus Pontifex reos peccati pronunciavit illos, qui praecise ob dilatam solutionem pretium augent, excipiendo subjungit: nisi dubium sit, merces illas plus tempore quo pretium reddent valere, valiturae: Ex quo textu tale formatur argumentum: Vi hujus capituli licitum est credito rem pluris vendere ex eo praecise quia venditor subit periculum perdendi lucrum, seu pretij incrementum, quod juste accipere poterat, si rem suam ad tempus illud servaret, ad quod eam servare licite destinaverat; alia enim causa augendi pretium ibi non adest, ut considerant patet: ergo a fortiori licitum erit venditori rem carius vendere, qui rogatus vendere, vendat, subeundo periculum, non tantum pretij incrementum, sed et ipsum pretium ex toto, vel saltem notabili ex parte perdendi.

XIV Et hujus rei ratio a priori est, quod exponere se periculo gravis damni in gratiam alterius omnium judicio sit pretio aestimabile, arg. l. 5. ff. de nautico foenore, ubi dicitur: periculi pretium est; igitur pro periculo aliquid exigi potest. consequenter, si venditor ob solutionem dilatam rogatus se exponit periculo gravis damni perdendi rem et pretium ex toto, vel ex parte, licite poterit ratione hujus aliquid exigere.

XV Et revera vendere rem credito, absque periculo perdendi pretii et cum vendere cum periculo, multum differunt, quia in hoc

XVI

XVII

XVI

IIII

casu, non item in illo venditor odiosa molestatur cura, solicitudine ac timore, ne pretium perdat; ergo si potest in priori casu totum justum pretium etiam rigorosum petere, poterit in posteriori, ob annexam novam circumstantiam vel causam pretio æstimabilem, aliquid ultra petere; cum venditor non teneatur in gratiam emptoris absque ullo emolumento tantam subire molestiam: ob quam causam communis sententia docet posse nomina seu chyrographa minus emi, si in eis, licet exterorquin æquitis, obtinendis periculum est.

XVI Demum quando in casu periculosæ solutionis ab emptore constituitur fidejussor ad hoc, ut solvat venditori, casu quo ipse debitor principalis solvere vel nollet, vel non posset, licitum est tali fidejussori ratione solius periculi quod subit, aliquid prætendere et accipere, ut cum communi docet Covarruvias part. 3. variar. resolut. cap. 2. n. 6. parag.° 7. hoc jure, §. 1. ff. de donationibus. Igitur etiam venditor ratione ejusdem periculi poterit aliquid prætendere et accipere, simile sit affirmando ratiocinium; vendam credito absque fidejussore, ut id quod fidejussor ratione periculi caperet, ego accipere valeam, cum non sit major ratio de illo, quam de me.

XVII Ex his itaque recte infertur quod quamvis noster Titius licite non potuerit vendere Cajo illas viginti urnas vini aureo supra justum pretium, quia præcise ei credito illas vendidit, pretium recepturus post sex menses, licite tamen poterit ita vendere, ratione gravis periculi, quod prudenter timebat, perdendi ex toto illum pretium; quia, ut jam sæpius diximus hujusmodi periculum est pretio æstimabile.

XVIII Diximus autem, ratione periculi, quod prudenter timebat. Nam hæc prudens suspicio, seu potius judicium subeundi periculum amittendi pretium, satis, ut arbitramur, colligitur ex circumstantijs casus a nobis propositi; et aliàs semper foret supponendum. quia periculum, hocce, ut possit esse causa augendi justum pretium, debet esse verum et non fictum, nec ex vana apprehensione, aut persuasione alicujus meticulosi, aut avari ubique periculum timentis,

et nulli

vi rali gilentis conceptum. Quamvis non requiratur, ut damnum amissionis postea eveniat, eo quod propter verum ejusdem periculum et consequentes inde molestias, augmentum pretii licite fieri possit; etsi deinde per accidens damnum reipsa non sequatur. arg. cit. cap. in Civitate de Usuris, in cujus ob solum dubium sed periculum vendendi lucrum, carius vendere licet, etiamsi postea effectus dubii, vel periculi non sequatur.

XIX Immo venditores rem credito vendentes possunt ultra justum pretium etiam rigorosum, aliquid juxta arbitrium prudentis viri acquirere, non tantum tunc, quando adest verum periculum amittendi ipsum pretium ex toto, vel ex parte; sed etiam tunc, quando prudenter praevident, quod pretium quidem, et solutionem sint obtenturi, verum non nisi cum magna difficultate, molestia, et labores; quia enim propter ejusmodi molestias devorare, labor, et difficultate fatigari, est omnium judicio pretio aestimabile; igitur ob hanc causam aliquid exigi juste potest, arg. l. 1. in emptione ff. de contrahenda emptione.

XX Hoc autem in mercatoribus contingere non raro videmus, qui cum pro debita solutione venditarum credito mercium aliquoties currunt, magnaque cum molestia instant, saepe loco pretii nonnisi mala verba, et quandoque etiam minas reportant; quamobrem eorum praxim plus justo pretio vendendi similibus odiosis emptoribus, damnare nequimus. Observent tamen mercatores, necesse est: ne indistincte apud quoscunque credito ementes, pretium aequaliter augeant, sed juxta proportionem periculi aut molestiarum, et difficultatem ac laborem consequendi pretium, alias enim multi injuste gravarentur, cum in aliquibus vel nullum in aliis modicum, et in quibusdam majus periculum aut molestiae prudenter sint timendae.

XXI Neque obstat nostrae decisioni textus ille qui opponebatur ex cap. Naviganti de Usuris; quia prior pars hujus textus, quae videtur potius adversari, intelligenda est de casu, quo quis ad palliandam usuram dat mutuas pecunias, earumque periculum quod alias juxta naturam mutui ad mutuatarium pertinet, tanquam debitum in se suscipit hoc fine, ut potius aliquid supra sortem acquirere, quem modum ab usura minime excusari; posterior item intelligi debet in casu, quo quis juxta naturam contractus, periculum rei venditae, relinquendo emptori, aliquid praetenderit ob periculum non obtinendae solutionis, exita ad hunc textum exponit Gonzal. cum communi [illegible]

Sententiam solam sic proponimus.

Sempronius exponit confessario se bona fide emisse a Lucio equum quem postea scivit furto fuisse abductum Caio a Sticho fure, a quo pariter bona fide eum emerat Lucius. et petit ab illo, quid sibi agendum, ut bonae consulat conscientiae et damnum aliud pretij evitet.

Unde quaeritur, quid Sempronio respondere possit et debeat Confessarius?

I Ad hanc facti speciem nequit protinus absolute responderi, quamobrem opus est distinctione. Nam si supponatur, quod Sempronius ex circumstantijs prudenter praevideat quod, si Lucio equum, a quo eum bona fide emit, restituat ipse quidem ab eodem pretium expensum sit accepturus; Caius vero dominus equi non amplius sit ipsum requisiturus; in hoc casu censemus, confessarium teneri admonere Sempronium, ut equum restituat Caio domino, tametsi restitutionem pretij sperare non posset.

II Nam certum est, quod si Caius dominus equi resciens, quisnam equum sibi a Sticho furto ablatum emerit et de facto possideat, ab eo restitutionem petat, emptor equi sive sit primus, sive secundus, sive malae sive bonae fidei, non possit vel furi, vel alteri venditori tradere, ut vicissim ab eo pretium recipiat, sive eundem servet; sed teneatur illum petenti restituere domino, ita quidem, ut, si neglecto Caio domino, equum Sticho furi vel Lucio venditori traderet, a quo arguitur non bene restituendum Caio, contra justitiam peccaret et ad restitutionem teneretur, atque ad eam faciendam etiam a judice compelli posset, ac deberet: etsi Caius dominus hujusmodi emptori pretium expensum non refunderet per l. 2. ff. de furtis. Ergo ad idem tenebitur noster Sempronius in praemissa facti suppositione; etenim quod dominus petet, vel non petat ob ignorantiam,

vel

vel ob aliud impedimentum, habet se mere per accidens, quoad attinet obligationem restituendi; haec siquidem principaliter non ex petitione domini, sed ex ipso jure, quod ipse ad rem suam habet, descendit.

III Et alias si Sempronius in dicta suppositione vitandi proprij damni causa, verum jus haberet, et tuta conscientia posset equum a Lucio emptum eidem illum restituere, sequeretur, quod nullatenus peccaret, etiamsi id sciente ac expresse contradicente rei domino faceret; imo non posset a domino vel judice impediri, nec prohiberi, et si prohiberetur non teneretur obedire, hoc ipso quod utens jure suo nulli faciat injuriam per reg. 51 Jur. in 6°. atqui haec sequela manifestum continet absurdum, igitur nec sine absurdo dici potest, quod in adducta casus figuratione Sempronius possit tuta conscientia restituere equum Lucio venditori.

IV Atque ulterius evincitur hac naturali ratione: qui disponit de re aliena cum praejudicio, aut damno domini rationabiliter inviti, injuste agit, et ad restitutionem tenetur, etsi hoc faciat damni proprij vitandi causa, arg. cap. fin. de injurijs, et damno dato; atqui in nostra suppositione hoc faceret Sempronius equum restituendo Lucio, ut pretium recuperet, hoc enim faciendo cum acquisitione quod Lucius non amplius restituturus erit equum Caio suo domino, revera disponeret de re aliena cum damno domini, et quidem rationabiliter inviti, hoc ipso, quod juret certo ac rationabilissime, uti nosset contradiceret. Igitur confessarius non tantum posset, sed deberet admonere Sempronium, ut equum non Lucio venditori, sed Caio domino restituat.

V Nec juvat dicere, quod Caius dominus equi non possit esse rationabiliter invitus, consequenter ei non fiat injuria si Sempronius, ut se servet indemnem, equum a se emptum restituat in pristinum statum tradendo eum

Lucio

Fucio tanquam venditori; præsertim cum nemo teneatur cum proprio damno rem alterius in meliorem statum redigere quod tamen sequeretur, si in nostro casu Sempronius ipsi domino equum restituere deberet; cum id præstans faceret dominum possessorem rei suæ, quo utique melior redditur conditio ejus, quam si mansisset apud ——— fucium venditorem.

VI Verum hæc objectio ita retunditur: Ultro affirmamus neminem cum proprio incommodo teneri rem alienam redigere in meliorem statum, ac fuit is, quo quis rem alienam accepit; negamus tamen posse aliquem rem alienam extrahere ex illo statu, quo eam accepit, ac in priorem cum damno, ac injuria domini rationabiliter inviti collocare, arg. cap. finalis de injuriis et damno dat.; hoc autem faceret Sempronius restituendo fucio equum illi, uti patet ex præfata casus figuratione.

VII Imo ex præfata ratione illa ex adverso allata, sequeretur, quod, etiamsi Sempronius fuisset malæ fidei emptor equi, nihilominus posset eum restituere fucio quamvis et hic supponeretur fuisse in mala fide, immo fur, et ab eo posset exigere pretium exsolutum quia Sempronius hoc faciens rem alienam in antiquum collocaret statum ad quod solum quis obligatur juxta contrarium opinantes; hujusmodi autem sequela communi omnium doctorum judicio censetur absurda; igitur nec opinio unde emanat potest subsistere.

VIII Si vero supponatur quod Sempronius possit ex circumstantiis prudenter judicare, quod restituendo equum fucio venditori, ut datum pretium recipiat, seque indemnem servet, nullum inde damnum sit saducturum [illegible] equi domino eo quod ipsemet fucius venditor sponte sit restituturus equum ipso domino, vel saltem à fucio equum suum facili negotio, ac sine ullo incommodo

do obtinere valeat: in hac hypothesi censemus, confessarium non male respondere, si dicat, Sempronium ipsum stricta justitia posse restituere equum furi venditori, ut ab eodem recipiendo iustum pretium se servet indemnem: quia in hac casus suppositione Titius dominus rationabiliter invitus esse non potest, prout asserit communissima Juriconsultorum et Theologorum sententia; et propterea ab ulteriori hujus nostrae responsionis probatione abstinemus.

IX Ceterum si transgrediendo casus a nobis propositi terminos, supponeretur, quod Sempronius bonae fidei emptor equi, eum pro recuperatione pretii bona fide jam iterum restituerit furi venditori, etiam postquam scivisset dominum equi revera esse Titium, putans id sibi licere non obstante gravi periculo, de quo procedit prima nostra casus figura. In hac hypothesi Sempronius ad nullam amplius restitutionem (esto commisso peccato) esset adstringendus; etsi ipsi Titio domino damnum amissi equi exinde ~~sequutum~~ sequutum esset; quia fur cum equo sibi restituto aufugerit, vel quia eum restituit Sticho furi; Et ratio est, quia in hoc casu nullus adesse videtur titulus obligans Sempronium ad restitutionem; Non enim is obligaretur ad restitutionem ratione injustae acceptionis, cum bona fide acceperit, nec ratione injustae detentionis, quia rem non amplius habet, nec etiam titulo injustae damnificationis, quia bona fide processit: nec denique ratione rei acceptae, quod exinde ditior factus sit, quia supponitur eum nonnisi solum pro re extantium recepisse pretium, itaque ex nullo capite teneretur ad restitutionem (esto scienter?).

Pro Congregatione diei 26 Februarij 1734

Divino imperato auxilio procedimus ad decisionem bini casus à nobis propositi

Primum sub hac facti specie exhibuimus.

* (Parochus adlicitus à Celso, ut pertinet ad audiendam confessionem Aurelij repentino morbo lethaliter correpti, de cujus signis doloris, et desiderij absolutionis per eundem Celsum in itinere factus est certior: invenit ægrotum jam sensibus destitutum, itaque incipit dubitare an nihilominus possit, et debeat eidem impertiri absolutionem Sacramentalem? Unde quæritur, quid agendum Parocho in hujusmodi circumstantijs constituto.

I Si Aurelius postquam cæpisset Parocho confiteri, subita vi morbi fuisset impeditus, quò minùs perficere potuisset imprudentèr foret dubitare, an posset, vel deberet absolvi ob subsecutam sensuum destitutionem, quia in hujusmodi casu confessio illa, licet inchoata duntaxat foret formaliter integra, quod, juxta omnium Theologorum sententiam, sufficit, pro licitè, et validè impertienda absolutione Sacramentali; quamvis ægrotus ita absolutus si postea forte vis morbi remittat, peccata, quæ declarare non potuit, explicitè confiteri deberet: ut dirictè absolvantur, quæ fuerant in prima confessione ~~[illegible]~~ indirectè duntaxat remissa, et absoluta.

II Pariter imprudenter dubitaret noster Parochus an posset vel deberet absolvere Aurelium sensibus destitutum, et moribundum in casu quo nec unum quidem peccatum in specie declarare potuisset; attamen à se ~~ex ipso Parocho~~ præsente jam petijsset absolutionem; Nam moribundus, qui coram Sacerdote edidit signa doloris in ordine ad absolutionem et multò magis qui petijt ipsam absolutionem, censetur confiteri

confiteri in genere se peccasse: ejusque talis confessio, cum aliter fieri non possit, haberi debet pro formaliter integra

III Quin obstat, Concilium Trid. sess. 14 cap. 5. declarasse, sacerdotem non posse ferre judicium, causa sibi incognita; unde infert confessionem in genere non sufficere, sed esse necessariam in specie. cum igitur in dicta suppositione confessio poenitentis non esset nisi ad summum generica, non posset sufficere pro impertienda absolutione.

IV Nam ex ipso Concilio Trid.o ibidem, peccata quae non occurrunt memoriae post diligens examen, intelliguntur inclusa in eadem confessione, in qua caetera declarantur in specie; et tamen peccata illa non nisi generice declarantur: Igitur ipsummet Concilium in aliquo casu genericam peccati confessionem potest esse sufficiens, nempe quando non potest haberi confessio specifica, et distinctior. Stante autem confessione generica, consistente in signis doloris, vel in petitione absolutionis, sacerdos non absolvit causa simpliciter incognita, sed solum causa imperfecte cognita. Porro imperfecta illa causae cognitio sufficit ad absolvendum quando non potest haberi cognitio perfectior: quae si posset haberi, jam imperfecta illa cognitio non sufficeret, quia pro nulla reputaretur. Unde pariter judex sacramentalis censetur pronunciare causa incognita. Ex eo igitur quod judex non possit ferre judicium, et sententiam quamcumque decernere causa incognita, recte intulit Sacrosancta Synodus necessitatem confitendi peccata in specie; quia per se, ut in pluribus, causa potest hoc modo cognosci, et censeretur incognita, si non cognosceretur hoc modo: sed quando per accidens non potest hoc modo cognosci, tunc non censetur incognita, cum eo modo cognoscatur meliori modo, quo potest, uti contingeret in praedicta suppositione.

V Et ut vero Parochus imprudenter dubitaret de impertienda absolutione in praedictis suppositionibus, non tamen videtur idem posse dici in praecisis terminis casus a nobis

a nobis propositi. Scimus enim summum Pont. Clem. 8. damnasse confessionem factam absenti, sive per litteras sive per internuncium, et absolutionem datam ab absente absenti; sed in nostro casu Aurelius moribundus, qui dedit signa doloris, et ostendit desiderium absolutionis in absentia confessarii, hoc ipso, quod dum confessarius advenit, erat sensibus omnino destitutus, et in ejus praesentia nullum signum tendens ad absolutionem dare ~~potuit~~, censetur fuisse confessus absenti. Igitur noster Parochus non immerito dubitare potest, an possit, vel debeat eidem impertiri absolutionem.

VI Nihilo tamen minus censemus nostrum Parochum non tantum licite posse, sed debere saltem sub conditione absolvere Aurelium moribundum: Nam concilium Arausicanum primum cap. 11. sic statuit: Subito obmutescens baptizari, aut poenitentiam accipere potest, si voluntatis praeteritae testimonium aliorum verbis habet, aut praesentis in suo nutu. Item definit concilium Carthaginense 3. capite 34. his verbis: Aegrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur: similiter et de poenitentibus agendum est. Rursus concilium Carthaginense 4. cap. 76. sic statuit: Is, qui poenitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conversus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, et accipiat poenitentiam; et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem. ~~et in~~

VII Idem expresse statuit etiam S. Leo Papa in Can. his qui. C. 26. quaest. 6. et in Epistola 91. sic habet: Si aliqui aegritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant, sub praesentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium, et circumstantium prodesse debebunt, ut simul et poenitentiam, et reconciliationis beneficium consequantur.

VIII Ex quibus sic argumentari licet: sacri Canones, et summorum Pontificum dispositiones, non patiuntur, ut aegroti moribundi maneant

manearent absque sacramento poenitentiae, neque absque reconciliatione, sive absolutione a censuris, si forte sint innodati; sed volunt ut si dum confessarius advenit, aegroti vi morbi oppressi obmutuerint, et sensibus destituti fuerint, eis suffragetur testimonium circumstantium de editis signis doloris, et desiderio consequendi absolutionem. Igitur in tali casu, et licite, et valide poterunt absolvi, et per consequens confessarius debet in hujusmodi casibus absolutionem impertiri saltem sub conditione. Idem ergo dicendum est in nostro casu.

IX Et haec est expressa S. Th. sententia. nam in opusculo 65. de sacra unctione, Angelicus Doctor sic ait: Si infirmus, qui petit unctionem, amisit notitiam, vel loquelam, antequam sacerdos veniat ad eum, nihilominus unget eum sacerdos, quia in tali casu debet etiam baptizari, et a peccatis absolvi. Hanc ipsam sententiam sequuntur theologi fere omnes, qui dicunt, eam esse quasi definitam a sacris canonibus.

X Immo non licet amplius dubitare de illius veritate, siquidem Rituale Romanum a Summo Pontifice Paulo V. recognitum, et approbatum sub titulo de Sacram. poenitentiae §. Ordo ministrandi sacramentum poenitentiae, versiculo, quod si inter, ubi, agens de absolutione aegro impendenda, sic praescribit: Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, et loquela aegrum deficiat, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere, quibus utcumque, vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium, sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

XI Nec igitur obstare potest objectum decretum Clementis 8. Nam hoc nihil dicit contra confessionem in absentia factam, dummodo sit ordinata ad absolutionem a praesente obtinendam. Quam autem summi Pontificis mens fuerit in illo decreto condemnatio, et prohibitio, patet ex eo, quod ipse Clemens 8. interrogatus de moriendo, qui post praemissa poenitentiae signa, sed tamen antequam jussit

jussit vocari Sacerdotem, subito obmutuit, ẽsseque absolvendus. Respondit, se hunc eventum à Sancto, cone propositum non intendit, se comprehendere in suo decreto, et talem moribundum omnino debere absolvi à Sacerdote, cum venerit, si quae ei occasio ~~praebeat~~ daret, absolutionem impensurum: sicut in responsione Papam Clem. 8. testatus est, ac dicunt Bellarminus. Constat igitur dictum Decretum non pugnare contra nostram sententiam.

XII Sed si rem volumus attentius considerare, a[illegible] sic dicere, quod in nostro casu non debeat dici confessio facta absenti. Nam adveniente Parocho, qui vocatus est; vel adest sellus, aut aliquis alius, qui coram isto Parocho, et fidelis moribundo testimonium perhibeat de editis signis doloris, et desiderio absolutionis: et tunc jam moribundus praesens confitetur Sacramentaliter coram Confessario praesente per interpretem praesentem; vel adveniente isto Parocho nullus adest praeter aegrotum sensibus destitutum; et in hac casus figuratione jam Parochus, qui vocatus est, et certior factus per sellum de voluntate infirmi, praesens excipit adhuc confessionem praesentis.

XIII Si quis autem interrogaret: Quonam signo censeri potest praesenti Parocho praesens facta confessio ab infirmo, si, utpote sensibus destitutus supponitur, ~~nullum~~ prorsus edidisse signum post Parochi adventum? Responderemus: Signo infirmitatis extremae. Videt enim Parochus praesens moribundi praesentis voluntatem sibi [illegible] ante absenti per sellum manifestatam: videt hanc ipsam voluntatem in moribundo moraliter perseverantem; et his innixus motivis potest et debet illum absolvere, saltem sub conditione: dummodo videat moribundum non posse in sui praesentia signum aliud dare. Nam si tunc moribundus posset, et non daret, ex causa usum linguae recuperasset; profecto ejus silentium excluderet praesumptionem moralis perseverantiae voluntatis petendi.

petendi absolutionem, adeoque esset potius signum voluntatis mutatae.

XIV. Quod si morbus invaluerit, ita ut aegrotus nullum possit amplius dare signum poenitentiae, prout expresse supponit noster casus, ipsa morbi ingravescentia testatur non retractatum fuisse desiderium remedij necessarij, paulo ante significatum; ac proinde nihil est causae, cur hujusmodi moribundus absolutione privetur; siquidem probabiliter praesumitur esse dispositus, itaque lex charitatis obligat confessarium, ut proximo in extrema necessitate constituto subveniat, sicut potest.

XV. Nec ideo fieret irreverentia Sacramento. Nam Sacramenta sunt instituta ad salutem hominum; igitur non est contra eorum reverentiam sed maxime est secundum eorum finem si prout possunt conferantur, ubi extreme periclitatur salus hominis. Deinde uti proximi necessitas excusat ab irreverentia, ita conditio salvat reverentiam Sacramenti; si enim moribundus non sit capax, v.g. ob retractatam voluntatem, quod nunquam praesumi debet, non fit Sacramentum.

XVI. Immo adhuc procederet nostra decisio, tametsi supponeretur, quod Parochus certior factus esset de signis doloris per alium, non per illum, qui fuerat praesens, sed per alium, cui ille id significasset. Nam, ut Parochus possit, ac debeat absolutionem impertiri, sufficit, quod sibi constet de voluntate infirmi, non per ipsos, qui immediate viderunt aut audierunt ab infirmo, sed mediate ab alijs, qui ab illis audierunt; quia parum ad rem facit, quod Sacerdos id immediate resciat, cum satis sit, confessionem sensibilem a significante esse positam, ac directam ad absolutionem a Sacerdote habendam, hocque nunc cognosci a Sacerdote.

XVII. Nec tantum in istis casibus Parochus, et quicunque confessarius deberet absolvere moribundum sensibus destitutum, sed etiam quando nemo expresse testaretur, illum edidisse signa doloris, modo prudenter praesumi possit

solet, dedita reipsa: fas enim est administrare Sacramenta in extrema necessitate, quando deficientibus aliis probationibus, prudenter praesumitur adesse omnia essentialiter requisita; siquidem praesumptio habetur pro veritate, quando ea non eliditur, et demonstratur hic et nunc fallere, ut habent Jurisconsulti in cap. Semel malus de Reg. J. in 6°. Prudenter autem praesumitur de quolibet bono Christiano, qui praevidit periculum instantis mortis, quod dederit signum contritionis in ordine ad confessionem; illud quippe prudenter praesumitur, utcumque, quod plerumque fieri solet, ut observant Doctores in l. in obscuris ff. de Reg. J. Immo id videtur etiam praesumendum de eo, qui perdite vixit, si advertit se esse in mortis discrimine; quia etiam tales homines, ubi vident se in extremo damnationis periculo, ~~etiam~~ solent ad Deum converti, saltem timore poenae.

Secundum casum sic proposuimus.

* Alipius vir prudens, et doctus confitetur ~~Gaudentio~~ peccatum grave, repetita prava consuetudine peccandi in illo genere; sed confessarius ~~Gaudentius~~, ad explorandum propositum emendationis, ut solet cum hominibus rusticis, et indoctis, eum interrogat, an habeat consuetudinem peccandi. Unde quaeritur an Alipius, quamvis sciat, se, non obstante consuetudine, habere propositum emendationis, nihilominus debeat pateri dictam consuetudinem?

I. Poenitentem non interrogatum per se non teneri ad aperiendam consuetudinem, ut status conscientiae suae melius innotescat confessario, certa est Theologorum sententia: quia peccata praeterita saepius repetita, in quo consistit consuetudo, et jam confessori exposita, non addunt novam malitiam peccatis postea commissis in confessione aperiendam; sicut igitur nemo tenetur per se bis confiteri idem peccatum: ita nemo tenetur per se exprimere in confessione

confessione circumstantiam consuetudinis.

II Diximus per se; neque enim imus inficias, pœnitentem aliquando etiam non interrogatum teneri per accidens ad aperiendam confessario pravam consuetudinem: quando nempe consuetudo ut consuetudo est novum peccatum, propter aliquam specialem rationem: aut est occasio proxima novi peccati. Quasi autem hujusmodi consuetudines melius docet experientia, quam ego possim ostendere exemplis. Sunt enim aliquæ consuetudines, quæ incipiunt per repetitionem actionum, quæ sunt peccata venialia, et solent ita crescere, ut afferant periculum proximum incidendi in peccata lethalia.

III Talis est consuetudo jurandi, quæ incipit cum advertentia jurandi semper verum, et paulatim laxata conscientia crescit, ita ut existimat periculo pejerandi; hujusmodi enim consuetudo, dupliciter potest se habere; Primo, ita ut inclinet ad juramenta falsa frequentanda, sine advertentia falsitatis eorum, in qua hypothesi, licet juramenta ipsa non sint nova peccata in se, sed in causa nequitia, scilicet in ista consuetudine; tamen consuetudo ipsa, quatenus inducit periculum incidendi in ea juramenta falsa, est novum peccatum, et ideo necessario confitendum. Et quamvis ipsa juramenta non sint nova peccata à sua causa distincta; quia tamen retinent deformitatem objectivam afferendi nomen Dei ad confirmandam falsitatem, quamvis inadvertenter, tenetur homo ad compescendam causam, sive occasionem proximam proferendi ista.

IV Secundo consuetudo jurandi ita aliquando se habet, ut inclinet ad frequentanda juramenta sine examine veritatis et cum advertentia ejus defectus examinis. Et tunc omnia juramenta, sive vera, sive falsa, sunt peccata mortalia. et consuetudo cognita tanquam occasio proxima eorum, est etiam peccatum mortale, si non intendatur destrui, ex quo cognita est ut talis; et tunc etiam talis consuetudinem

V Ta

VI

dum cognoscitur afferre periculum sibi peccandi, necessario confitenda est. Nam sicut concubinarius non solum peccat mortaliter moechando, sed etiam retinendo concubinam domi, potens illam expellere, et ideo debet confiteri retentionem concubinæ tanquam occasionem proximam: ita similiter, qui habet consuetudinem jurandi modo mox dicto non solum peccat jurando sed etiam retinendo eam consuetudinem, quæ sibi affert periculum proximum incidendi in ea juramenta; et ideo retentio consuetudinis confitenda est.

V Talis etiam esse solet consuetudo maledicendi, sive dicendi verba exsecratoria, quæ iracundis feminis plenumque inest ob communi. Hæc enim consuetudo incipere solet repetitione eorum verborum, sine desiderio damni procati; et paulatim solet crescere ex laxitate conscientiæ, ita ut contineat periculum in periculo proximo maledicendi ex animo. Quod proportione servata, dici potest de consuetudine detractionis, et de aliis non paucis. Hujusmodi igitur consuetudines, quamvis pœnitentes non interrogati non teneantur per se eas exponere, quatenus tamen præter ultimum peccatum, quod confitentur, ipsæ consuetudines continent aliquam specialem rationem peccaminosam, vel sunt occasiones proximæ novi peccati, consuetudines illas, etiam non interrogati, confiteri debent.

VI Verum, utut in quibusdam casibus pœnitens non interrogatus possit reticere consuetudinem, nempe quando hæc aliud non est, quam multitudo peccatorum jam clavibus subjectorum, nec continet aliquam rationem specialiter peccaminosam, nec censeri potest de se afferre periculum proximum denuo peccandi: utut, inquam, in his casibus pœnitens non interrogatus consuetudinem pandere non teneatur; attamen quod eam pandere debeat confessario interroganti certa est Theologorum sententia, innixa universali Ecclesiæ praxi et correspondens fini sacramenti pœnitentiæ. Hinc est, quod summus Pontifex Innoc. XI. inter alias damnavit etiam hanc propositionem: Nemo tenetur confessario

confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem;

VI Ex merito; cum enim confessarius non possit absolvere poenitentem
nisi recte dispositum, ij ad hoc, ut eum absolvat, debet habere
necessitatem, eidem probandi de vera dispositione poenitentis
igitur habet jus inquirendi an poenitens habeat propositum
non peccandi: sed hoc convenit scire an habeat consuetudinem
peccandi taliter, et quem animum habeat illam amputandi,
negari enim non potest quod diuturna consuetudo peccandi
soleat difficiliorem reddere efficaciam propositi; igitur
confessarius habet jus interrogandi, an, et qualem habeat
poenitens consuetudinem peccandi.

VII Quod ulterius ostenditur ex celebri Cap. omnis utriusque sexus. de
poeniten. et remiss. illis verbis; Sacerdos autem sit discretus,
et cautus, ut more periti medici superinfundat vinum et oleum
vulneribus sauciati: diligenter inquirens, et peccatoris circum-
stantias, et peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat
ei praebere consilium, et ejusmodi remedium adhibere, diversis
experimentis utendo ad sanandum aegrotum. Sed, subjungimus nos, inquirere consuetudinem peccati maxime conducit,
ut sacerdos prudenter intelligat, quale debeat praebere consi-
lium poenitenti. Igitur confessarius habet jus inquirendi
seu interrogandi de consuetudine. Igitur eidem interroganti
poenitens eandem fateri tenebitur.

VIII Quae cum ita se habeant, asserere in nostro casu, quod
Titius confessario interroganti non teneatur fateri consue-
tudinem quid aliud foret, quam incidere in expressam
Summi Pontificis condemnationem?

IX Nihilo tamen minus, si casus nostri concretum attentius consideremus
forsvidebitur mox dictam assertionem sub propositione damnata
nec illative contineri. Dico enim poenitens interrogatus tene-
tur fateri consuetudinem, juxta mentem Summi Pontificis
damnantem contrariam propositionem; quia id solet oportere
ad explorandum propositum emendationis, et adhibenda remedia
pro emendatione futura: sed poenitens doctus, qualis est
noster Titius, potest evidenter cognoscere, imo casus ipse
cum ita supponit cognoscere, in se non deficere verum
propositum; et cum sit vir prudens non indiget directione

confessarii

confessarij. Igitur asserere videtur Alipium non teneri fateri consuetudinem confessario interroganti, procul absit a periculo impingendi in propositionem damnatam, quæ cum dicat: Nemo tenetur, ea videtur in hoc sensu fuisse damnata, quatenus omnes etiam rusticos, et indoctos

X Sed quidquid sit, de comprehensione, vel non comprehensione exclusivæ hujusmodi assertionis negativæ sub propositione damnata; at hujus enim quæstionis decisione modo abstinendo volumus, ut mentem nostram super casu proposito aperiamus, censemus, Alipium interrogatum debere fateri consuetudinem. Ideo enim tenetur pœnitens interrogatus fateri consuetudinem quia confessarius habet jus inquirendi in propositum pœnitentis: sed nihil probat evidentia viri docti, et prudentis, qua cognoscit se habere propositum, nec indigere directione confessarij, ad hoc ut confessarius sibi satisfaciat de proposito pœnitentis. Nam evidentia pœnitentis quantumvis viri docti non satisfacit confessario, sed notitia propria quam per suas interrogationes conatur comparare; igitur etiamsi Alipius sit vir doctus, et sciat se esse bene dispositum, et non indigere directione confessarij, adhuc interrogatus tenetur fateri consuetudinem.

XI Et opposito, quo fundamento poterit pœnitens interrogatus tacere consuetudinem, quam reipsa contraxit, si hoc ipso contraxit etiam conscientiam laxam, quomodo igitur poterit sibi persuadere se habere evidentiam de recta sua dispositione cum fortasse in eo decipiatur? ergo eo ipso quod habeat talem depravatam consuetudinem, debet timere, ne amor proprius eum decipiat; etenim constat facile et esse aliquos viros doctos, qui admittunt opiniones conscientiam vulnerantes. Non est ergo concedendum indefinite pœnitenti docto, quod possit negare responsionem de interrogatis de consuetudine, cum forte ad eam taciturnitatem duci possit opinione improbabili; quod multo magis timendum est in eo viro docto, qui in inveterata peccandi consuetudine persistit, quia depravata consuetudo judicium hominis plerumque obnubilat.

XII Itaque concludamus: in praxi nunquam admittenda est absolute ea sententia, quod pœnitens vir doctus interrogatus de consuetudine, non teneatur respondere. Igitur noster Alipius tenebitur fateri consuetudinem.

[illegible]

Pro Congregatione diei 20 Mensis Maij 1734.

Divino implorato auxilio procedimus ad decisionem bini casus a nobis propositi.

Primum sub hac specie facti exhibemus

* Confessarius, cum Titio pœnitenti plura spiritualia remedia adversus contractam peccandi consuetudinem proposuisset, videns, quod etiam post Paschalem confessionem in eadem peccata relapsus sit, statuit de eidem suadenda absolutionis dilatione non obstante quod ex circumstantijs præsentibus prudenter credat, ipsum concepisse verum dolorem et propositum; Verum Titius, nolens dilationi annuere, insistit pro obtinenda absolutione in eadem confessione. Quare dubium oritur an Confessarius licite possit eidem Titio absolutionem differre?

I. Ut à nobis procul absit omnis confusionis periculum, advertere præmiss debemus propositam facti speciem loqui de eo, qui peccandi consuetudinem contraxit, non vero de tali, qui constitutus foret in occasione proxima peccandi. Hæ namque sunt inter se valde diversa; Omnis enim occasio proxima plerumque affert consuetudinem peccandi; quamvis aliquando possit esse sine tali consuetudine. Consuetudo autem peccandi plerumque habetur sine occasione proxima; ut patet in ijs, qui ex fragilitate intrinseca frequenter peccant.

II. Præsentiarum ergo dubium nostrum non procedit de tali qui habet occasionem proximam peccandi, quam dum potest firmiter non proponit statim dimittere; nam hujusmodi homini absolutionem non modo differendam, sed denegandam esse, tum Scripturæ Sacræ, tum SS. Patrum testimonia conclamant quibus inhærens Ven. mem. Innoc. Papa XI. sequentes confixit propositiones = Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur quam potest, et non vult omittere quin immo directe, et ex proposito quærit aut ei se ingerit.

Altera = Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aequa utilis, aut honesta non fugiendi occurrit = Et hanc Licitum est quaerere directe occasionem proximam peccandi pro bono spirituali vel temporali nostro vel proximi.

III Has metitas propositiones Generalis Conventus Cleri Gallicani anno 1700. judicavit esse scandalosas perniciosas haereticas et aperte repugnantes praecepto Christi, jubentis manum, pedem oculum, etiamque dextrum scandalizantem abscindere, et projicere.

IV Quapropter Confessarius nunquam sinere debet se absolvi falsa misericordia erga illos, qui dicunt, si hanc domum, si hoc officium si hanc artem deseram deest, unde vivam. Nam contra hujusmodi excusationes in peccatis audiendus Dominus qui ait. Quaerite primum regnum Dei et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis. Neque audiendi qui dicunt: si hujus vel istius consortio destituar, vel infans vel miser vivam; Nam Christus dicit: si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum, et projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in aeternam. Haec demum illa est illorum habenda ratio, qui, ut in proximis peccandi occasionibus adhuc insordescant, lamentando dicunt: si divertam ab hac domo non unde possem lucrari panem: si ejecero e domo hanc feminam quae uxori meae est grata eique servit, veniam in suspicionem criminis. Nam nulla est peccandi necessitas, quia una est non peccandi necessitas, ut inquit Tertullianus. Igitur hujusmodi hominibus est absolute denegenda absolutio, ne contra Salvatoris praeceptum Sanctum detur canibus.

V Ergo, certa ab incertis separantes, atque dubitandi ratione fugeremur super propositis facti specie non modo expressimus confessarium ex circumstantiis praesentibus prudenter credere... [illegible] ... et proxi... [illegible] ... Item ... peccandi consuetudinem ... [illegible] sed quod ... ut statim intelligeremus, nostrum casum non ... De tali qui vel versetur constitutus in ... occasione proxima

proxima peccandi, vel haberet actualem affectum ad peccatum.

VI Itaque loquendo de tali, qui veram peccandi consuetudinem contraxit, disjunctam ab extrinseca occasione proxima, volita aut quæsita, merito dubitari posse videtur, an eidem invito differri possit absolutio, ut det prudenter creditur, verum dolorem elicuisse firmumque de cætero non peccandi propositum concepisse.

VII Invito, inquam, et verum dolorem, ac propositum habenti, qualem nempe in persona Titij casus noster exprimit; sicut enim dubitari non potest, quod pœnitenti sponte annuenti possit, pro majori motivo emendationis futuræ differri absolutio; ita certum est, quod eadem non habenti verum dolorem et propositum sit deneganda.

VIII Cum igitur noster Titius ex præsentibus circumstantijs prudenter credatur necessarium dolorem, et propositum concepisse, et instet pro obtinenda absolutione in eademmet confessione, atque sit invitus in illius dilationem: quid in hac facti specie resolvemus? Debebitne Confessarius eundem jure suo instantem absolvere: an vero poterit invito ~~[illegible]~~ absolutionem ad aliquod tempus differre?

IX Poterit invito absolutionem licite differre. Ita censemus quod etiam ita probamus. Confessarius non solum est judex, sed etiam medicus spiritualis, uti constat ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. de Sacram. Pœnit., ubi agens Sacrosancta Synodus de satisfactione quam imponunt confessarij, ait = moderentur quoque peccatorum reliquijs = et paulo post = habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad *novæ vitæ custodiam, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam = Et ante Concilium Trid. canonis expressit hanc medici spiritualis qualitatem Concilium Lateran. relatum in cap. omnis, utriusque de ~~[illegible]~~ et remissionibus et pœnitentijs ubi sic legitur = Sacerdos autem sit discretus et cautus, ut more periti Medici superinfundat vinum, et oleum vulneribus sauciati. (sed oportunum remedium) ad emendatio-

nem

nem vitæ sæpe potest esse absolutionis dilatio, ~~[struck]~~
et talis etiam prudenter fore censetur in nostro casu; Sicut
igitur confessarius in alijs casibus, ita et in nostro, ~~[struck]~~ potest
licite adhibere hoc salutare remedium vulneribus sauciati.

X Quod autem sæpe uti possit cum consuetudinarijs hoc remedio, idque
sit valde opportunum, constat ex eo, quod absolutionis dilatio,
incutiat pœnitentibus majorem horrorem peccati, magis producet
firmetque eorum constantiam contra relapsum: est etiam
ipsis valde utilis ad concipiendum interea meliorem dolorem
et solito firmius propositum; tum denique ad eosdem
excitandos, ut medijs, pro emendatione in anterioribus confessio-
nibus suggestis, diligentius utantur.

XI Quod vero in nostro casu absolutionis dilatio sperari possit futu-
ra non minus conducens, quam expediens Titio, ut in
concepto proposito firmior redatur, sicque ab ulteriori
peccati frequentia retrahatur, vel ex dictis satis
potest colligi; immo ad hunc effectum eadem dilatio
videtur esse necessaria; si enim, prout casus noster
supponit, confessarius tot, et tam diversa spiritualia reme-
dia in præteritis confessionibus suggessit, et præscripsit
sicque a peccandi consuetudine eum avelleret, et
nihilominus sæpius sit relapsus, ad quod aliud magis
utile remedium potest suam solicitudinem convertere,
quam ad absolutionis dilationem?

XII Poterit noster confessarius differre absolutionem in-
scito pœnitente, non expectato ejus consensu, imo etiam sub
ejus renitentia; peritus namque medicus, qui meden-
dum ulceri inveterato, quod gangrenæ proximum est,
videtque illud combustione indigere, non expectat consen-
sum infirmi, sed infirmo renuente comburit; ~~[struck]~~
~~[struck]~~ quod si ægrotus omnino renuerit, et manum rapere
comburentis, et arcere, medicus illum ligabit; pari ergo
modo potest procedere medicus spiritualis in infirmi-
tatibus inveteratis, si prudentia dictaverit, ita expedire,
uti, bene perpensis nostri casus circumstantijs, expedire
prudenter judicatur.

XIII

XIII Hanc ipsam nostram sententiam luculenter probant verba illa Concilij Lateranensis, relata in præfato cap.° omnis utriusque sexus. Prudenter intelligat confessarius (sunt verba Concilij) prudenter intelligat, confessarius, quale debeat ei (nempe pœnitenti) præbere consilium, et cujusmodi remedium adhibere, *diversis *experimentis utendo ad salvandum ægrotum = cum ergo ex mente Concilij constet, posse, ac licere confessarium adhibere remedium ad curandum peccatorem inveteratum, et recidivum; … sacrosancta Synodus determinet, quodnam remedium idoneum sit; quin potius id remittat ad diversa* experimenta confessarij; ~~[illegible]~~, hoc ipso quod in nostro casu confessarius jam plura, eaque diversa remedia adhibuerit frustra tamen, et incassum, credatque prudenter absolutionis dilationem sibi etiam invito, profuturam; cur hoc tam salutare remedium timeremus excludere a diversis illis experimentis, quibus uti potest, et debet confessarius ex Concilij præcepto, suæ consilio, respective?

XIV Igitur quid prohibet, ne inde inferamus, quod sitis diuturna peccandi consuetudini irretito, possit, etiam invito, differri absolutio, licet de præsenti habeat verum dolorem, et propositum non peccandi; quandoquidem adhuc est in magno discrimine amittendæ salutis æternæ; cum ex diuturna peccandi consuetudine oriatur vehemens proclivitas, et prætendo ad peccatum; et contingentia subitæ mortis, ac incertitudo habendi tempus opportunum, et congruam dispositionem serius ~~[illegible]~~ adesse.

XV Et sane videmus non paucos homines, qui toto anno versantur in consuetudine peccandi lethaliter et tametsi in sabbato confessi fuerint, habuerintque dolorem, et propositum utcunque sufficiens, iterum redeunt ad eadem aut graviora peccata, et in hoc vivendi modo persistunt usque ad mortem. Hos autem, quis dubitet, versari in magno periculo damnationis æternæ? Propterea enim multi incurrunt perpetuam animæ ruinam, adveniente namque repentina morte, non habent tempus disponendi se, ut oportet.

XVI Sed

XVI Sed cum ex hujusmodi hominibus videamus quoque aliquos, qui, deterriti ab ea consuetudine peccandi per dilationem absolutionis, meliorem dolorem, firmiusque propositum conciperint, et ita a peccandi consuetudine avellantur: quare confessarius non poterit uti medio quandoque ita opportuno (ut in præsentis casus circumstantiis tale esse creditur) ad sanandum ægrotum? Ergo recte et salubriter noster confessarius differet sitio etiam invito, absolutionem, ut ita, compescendo contractam peccandi frequentiam, eum ab æterna perditione avertat.

XVII Nec juvat dicere: Ad confessarium, quia medicus est, non pertinet medela infirmitatis jam sanatæ per alias confessiones, sed sola medela infirmitatis præsentis; atqui [illegible], consuetudo peccandi, quæ non distinguitur cum ea [illegible] sitij consuetudo peccandi, quæ non distinguitur a multitudine peccatorum præteritorum jam subjecta aliis confessionibus, illa, quatenus præterita, et [illegible] confessionibus subjecta, jam est sanata: ergo, si in præsenti sitius habet verum dolorem, et propositum [illegible], quod inde habet [illegible] absolutionem de præsenti obtinendam, defraudari non [illegible] per ejusdem dilationem.

XVIII Nam, tametsi peccata præterita consuetudinem constituentia fuerint clavibus subjecta, et etiam supponantur remissa, ex ipsa tamen consuetudine remansit in sitio inclinatio quædam vehemens ad peccandum de futuro; ea autem inclinatio est quidam habitus, et effectus peccati, ad quem destruendum, et curandum pertinet ad officium confessarii, ut medicus est; Constat enim ex [illegible] Concilii [illegible] et [illegible] spectare ad confessarium, ut medicum [illegible] remedia, etiam ad novæ vitæ custodiam; quapropter

XIX jus illud sitij, petentis absolutionem, non est ad eam statim accipiendam (sicut nec catechumeni ad baptismum statim accipiendum), [illegible] tunc, quando confessarii judicio censetur [illegible] catechumeni [illegible], si vero [illegible] nunquam [illegible] consilium differre absolutionem pœnitenti invito, qui creditur utcunque sufficienter dispositus; quia ad eum finem deberet [illegible] pœnitens

cautior

cautior fiat ad peccata vitanda in posterum: sed poenitens cautior fit ad peccata vitanda per virtutem sacramenti recepti, quam per dilationem absolutionis; sacramentum enim dat uberiorem auxiliorum copiam ad non peccandum, quam dolor, et propositum, quem concipere potest poenitens ex dilata absolutione: ergo, licet confessarius sit medicus spiritualis, immo recte, quia est medicus spiritualis, nunquam poterit adhibere id remedium cum poenitente utcunque bene disposito, et invito. ergo nec poster confessarius cum Titio suo poenitente.

XX (ita obiicient) sic respondere possem: certum est, quod multo major gratia recipiatur, quando poenitens habet multo meliorem dispositionem; certum est item, quod absolutionis dilatio, ut saepe experientia comprobavit, et in dies comprobat, ita deterreat poenitentem, ut, hoc terrore correptus, intensiorem dolorem concipiat, firmiusque propositum non peccandi de caetero, et ita arceatur omnino a consuetudine peccandi: quibus velut certis suppositis, jam ego in nostro casu, contrarij argumenti vim retundendo, ita discurro: Titius, sic deterritus dilatione absolutionis, manet cum efficaciori dolore, et firmiori proposito non peccandi, et arcendi consuetudinem illam inveteratam, et consequenter multo meliorem habet dispositionem ad recipiendum sacramentum, quam antea: ergo sic multo majorem fructum recipit ex sacramento, quam si recepisset absolutionem, dum illam petebat; immo forte fortasse multo majorem, quam in omnibus confessionibus toto consuetudinis tempore factis.

XXI verum unde scimus (posset quis curiose sciscitari) unde scimus Titium non recepturum tantundem [illegible] ex confessione facta absque dilatione absolutionis, quantum de facto oriretur post dilationem absolutionis; nam, cum ipse supponatur habere sufficientem dolorem, et propositum non peccandi, credibile est, quod ipsum sacramentum conferret gratiam, qua possit resistere, et de facto resistat consuetudini.

XXII (nec scimus?) at experientia constaret, quod post multas confessiones, et post plura eidem proposita remedia, perstitit nihilominus in sua depravata consuetudine, post toties [illegible] confessario red-

...cendo

unde ad vomitum: et quia idem Titius, quando confitebatur in ipso tempore consuetudini, ut ut haberet firmum tamen non habebat propositum, atque adeo non erat illi fructuosum Sacramentum; vel si habuit sufficientiam propositi, ejus tamen firmitas fuit tam parva intensione, ut fructus etiam esset parvus, et non talis, qui potuisset radicitus convellere consuetudinem; et demum quia pluribus docemur exemplis, à consuetudinarijs tam efficax, firmumque propositum fuisse conceptum, quod sibi à confessarijs dilata fuerit absolutio, ut agitata consuetudine [illegible] omnino avelli.

XXIII. Quamvis autem noster Confessarius in praesenti casu, et in alijs huic similibus, uti possit hoc salubre consilio de differenda absolutione ad aliquod breve tempus, ut nempe hoc remedium sperat profuturum ad pravas poenitentium consuetudines avellendas; non temere semper id expedit. Ergo hac in re opus est maxima prudentia, nec pro singulis casibus idem est observandum; sicut enim aliquibus nimia eos absolvendi facilitas solet obesse, ita alios absolutionis dilatio potest in ruinam adigere. Universim autem ea est tenenda regula, ut nec indulgentia palpet, nec rigor nimis deterreat.

Secundum casum ita proposuimus.

Livius ingressum in Religionem Capucinorum simpliciter vovit, nihil cogitando, vel de libertate exeundi, durante novitiatu, vel de perpetuitate remanendi, summa cum profusione, Regularem habitum suscepit, sed fastidio statim correptus, post octiduum, solâ ductus animi inconstantia, eundem exuit, et ingenuae puellae matrimonii sponsionem fecit.

Unde oritur dubium, an Livius voti reus existat?

I Livium reum esse voti simplicis, ac proinde ex ejus parte subsistere matrimonij impedimentum, censemus. Quamvis enim perseverantiam in Religione Capucinorum non voverit,

voverit, quia vovit, nihil cogitando de perpetuitate remanendi, ingressum tamen in eandem Religionem vovit, et quidem nihil cogitando de libertate exeundi: inde censeri debet vovisse secundum formam, quis communis, ut scilicet ibi tamdiu moraretur, ut Religionis austeritatem experiri posset, probaretque, an ipsi conveniret fieret ordo, et ipse ordini.

II Sicut enim ille, qui vovit ingredi Religionem, tenetur ad perpetuo remanendum in illa, si, dum vovebat habuit intentionem se obligandi ad illic perpetuo remanendum: ita noster Sivius, qui non aliud intendisse censeri debet, quam se obligare ad intrandum Religionem Capucinorum causa experiendi: quemadmodum ob defectum intentionis nequit censeri obligatus ad nunquam exeundum, ita ob voluntatem simpliciter se obligandi ad ingressum, nihil cogitando de libertate egressus, vel de perpetuitate manendi, videri ~~debet adstrictus esse~~ non potest liber ad illico exeundum, sed credi debet adstrictus ad ingressum juxta formam, et modum, sacrorum Canonum, volentium, ut ingredientibus bona fide detur integer annus probationis.

III Qui autem octava die à susceptione habitus Religiosi è monasterio egreditur, absque ulla rationabili causa et ex sola mobilis animi levitate, uti fecit noster Sivius, nequit dici ~~[illegible]~~ bona fide probasse austeritatem Religionis; quomodo enim intra octiduum ipsi potest satis probasse, si, ut ingredientes satis probent, sacri canones integrum annum judicant esse tempus sufficiens? Igitur noster Sivius exeundo post octiduum à die susceptionis habitus ex sola animi inconstantia, votum implevisse non censetur; ergo ejusdem reus est.

IV Innititur haec nostra decisio Cap. ad Apostolicam, de Re:

gularib.

gularibus, cujus hæc sunt verba; Licet tempus proba:
tionis à Sanctis Patribus sit indultum, non solum in
favorem conversi, sed etiam monasterij: ut et ille asperi:
tates istius, et illi mores illius valeat experiri: quæ
utrumque diligenter est observandum. Exinde enim
sic recte inferimus: Si igitur Livius ob solum fastidium
mox conceptum, et ex sola animi inconstantia, adeoque
sine ulla rationabili causa exivit post octiduum à die
suscepti habitus Religiosi, quum et ipse reperiri potuerit VII
potuerit Religioni idoneus, et Religio eidem conveniens,
qua ratione excusari potest à violatione voti?
V Profecto secundum jus non censetur aliquid factum esse, si
factum non duret, quomodo durare debet, ut colligitur
ex can. Constat. cau. 1. q. 1. Can. Sicut. cau. 23. q. 6.
et q. Si pro fide ff. de in rem verso. et ex alijs pluri:
pluribus utriusque juris locis. Si ergo, ut quis satisfa:
ciat voto intrandi Religionem, ut ait Navarr. lib. 3. Consilio:
rum, consilio, 23., non sufficit, quod quoquo modo intret
sed oportet, ut intret bona fide cum proposito probandi
eam, et si invenerit eam sibi gratam, profitendi,
certe concludi debet, quod noster Livius, ita sine causa
mox exeundo voti fragus existat.
VI Menti S. Thomæ quoque correspondet hæc nostra sententia;
sic enim scribit Doctor Angelicus 2. 2. q. ult. art. 2. VI
Obligatio voti ex voluntate procedit. In tantum ergo se extendit
obligatio voti, in quantum se extendit voluntas et intentio
voventis. Si ergo vovens intendit se obligare, non solum
ad ingressum Religionis causa experiendi cum libertate
remanendi, vel non remanendi, manifestum est, quod remanere
non tenetur. Si vero in vovendo simpliciter de ingressu
Religionis cogitavit, absque hoc quod cogitaret de libertate
de exitus, vel de perpetuitate remanendi: videtur obli:
gari ad ingressum Religionis secundum formam juris
communis

communis, quae est, ut ingredientibus detur annus probationis: unde non tenetur perpetuo in Religione permanere. Et eod. ipso artic. 1 in responsione ad 3. difficultatem, in qua versamur, perspicuis verbis solvit. Ille, inquit, qui intrat, ut statim exeat non videtur satisfacere voto suo; quia ipse in vovendo hoc non intendit. Et ideo tenetur mutare propositum, ut saltem velit experiri, an ei expediat in Religione remanere.

VII Eadem etiam mens est Cardinalis Cajetani ad artic. 8. ejusdem quaest. 1 in responsione ad dubium secundum. Verum est, inquit, non venisse eum, qui non stetit ad id, pro quo venit: et ideo ingrediens Religionem, cum veniat ad Religionis probationem, non diceretur venisse, si ingressus absque probatione retrocederet. Sed si probationi operam dat dicitur venisse ad Religionem probandam, quia stat in Religionis probatione. Quocirca sicut tunc ingrediens Religionem, et in probatione illius se exercens, et postmodum exiens, dicitur venisse, et stetisse quia venit ad Religionem probandam, et in probatione stetit: ita ex voto ingrediens Religionem ad probandam illam tandem exiens dicitur venisse, et stetisse eadem ratione.

VIII Cum igitur Livius noster Capucinorum Ordinem ingredi voverit, et ingressus absque probatione retrocesserit, votum certe non implevit: itaque adhuc manet illius vinculo obstrictus, proindeque matrimonium sine Summi Pontificis dispensatione licite contrahere non potest.

[illegible]
[illegible]

X. 8.

[illegible] Congregatione [illegible] prima [illegible] 3 [illegible]

[illegible] nostro interverso, pro hodierna Congregatione unicum proponimus casum, immo vero, ob difficultatum pluralitatem, dixerim potius, multiplicem, quem ut recte, [illegible] [illegible] [illegible] imploremus auxilium

Facti species in hoc versatur.

[illegible] mortuo ab intestato, Titius agnatus, uno gradu remotior sen[illegible] [illegible] autoritate et in [illegible] [illegible] [illegible] hereditariarum, quas inter erat predium magni valo[illegible] [illegible] justo pretio vendi[illegible] [illegible] [illegible] eiusdem dominum; itaque Maevius emptor predii [illegible] possessionem, eaque sub hac credulitate ad biennium [illegible] [illegible], omnes fructus interea percepit, vinum nempe, [illegible] um et omne genus frumenti, fenum quoque, ligna [illegible] et poma: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], postquam a [illegible] [illegible] heredem pro comperto habuit, extra et in judicio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] litem prosequi non valenti, dictum predium restitueret: hic vero [illegible] cum predio petit etiam omnes fructus [illegible] per quadriennium perceptos; Verum cum ex fru[illegible] anni [illegible] nihil [illegible] Maevio extet, nisi bonum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vero fructus [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] suis ita fuerint [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nec [illegible] [illegible], et frumenti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] percepit, eos quoque fructus, quos percepit, ita consumpserit ut in nihilo exinde factus fuerit ditior: querit a con[illegible], an, et ad quorum fructuum restitu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]pensationem teneatur? Unde

[illegible] [illegible]citer, quid respondere debeat Confessarius.

I Quot, quantasque difficultates [illegible] unicus iste casus com[illegible] [illegible]tetatur, vel ex eo illico [illegible] colligi quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quas inter [illegible] est illa, quæ ingens constituit discrimen temporis intra quod noster Mævius fructus [illegible] ex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ob proba[illegible] [illegible] [illegible] qui emendo [illegible] illud a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] bonæ fi[illegible] [illegible] [illegible] hujusmodi [illegible], intra totum [illegible] [illegible] [illegible] Mævius fructus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] bonæ fidei.

II [illegible] è contra biennium, eo quod Mævius pro comperto [illegible] [illegible] [illegible] esse legitimum heredem, [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] extra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] item [illegible] [illegible] est tamen malæ fidei [illegible] ob perseverantiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] intra totum [illegible] [illegible] biennium fructus, quos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] malæ fidei.

III [illegible] [illegible] non una est [illegible] [illegible] [illegible] circa omnes [illegible] indiscriminatim et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] etiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; idcirco [illegible] advertere [illegible] quos, qualesve fructus noster Mævius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] biennio [illegible] quos [illegible], quos [illegible] [illegible] [illegible], et quos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

IV [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] constituam, inter præfatos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] rare [illegible].

V Fructus ajunt isti, significat omne id, quod res fert, dictus enim est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] autem [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

omnem redditum, omnem obventionem, omneque commodum quod vel ex re nascitur seu [illegible] rei percipitur, complectitur. et in tali tam generica [illegible] [illegible] fructuum appellatione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] inter [illegible] et fructus [illegible] [illegible] a nostra [illegible] [illegible] olim, de M. et Q.

VI [illegible] loquendo [illegible] propositum [illegible] fructuum, proprie veniunt illi, quos vel res ipsa producit, vel [illegible] industria nostra [illegible] rei [illegible], [illegible] res [illegible] nostra accedente industria, velut [illegible] et juxta hanc [illegible] fructuum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] construunt [illegible]

VII [illegible] enim fructus, qui natura [illegible] [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] industria [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] hos [illegible] proveniunt [illegible] [illegible] [illegible] aut etiam [illegible] arboribus requiratur aliquis labor, et diligentia [illegible] tamen modica est, respectu ejus, quod operatur natura; est [illegible] [illegible] modicum pro nihilo reputetur.

VIII [illegible] vero [illegible] juxta industria natura quidem [illegible] [illegible] [illegible] caeterum facto magis ex industria hominis [illegible] [illegible] [illegible] industriae accedat. cujusmodi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et alia [illegible] hos siquidem [illegible] quia [illegible] natura producit nisi notabilis accedat [illegible] et industria [illegible] [illegible] [illegible] non bene possunt. Sed tamen cum [illegible] [illegible] et ex ipsius naturae vi producantur, nec [illegible] industriales videntur [illegible] recte posse dici; recedamus [illegible] ab hac communi [illegible] non satis [illegible] [illegible] [illegible] mixtos esse vocantes [illegible] vero mixtos et [illegible] [illegible] [illegible] eos nuncupandos.

IX [illegible] fructus illos qui non ex corpore rei nascuntur [illegible] [illegible] occasionem rei illius percipiuntur per homi[illegible] [illegible] [illegible] et mercedes locatae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fructus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

titia ejus vincitur, quam nullo jure possit probari; tametsi ...
qui fructus idea sit recedentium ob communem usurpatio...
... nostro tamen judicio hujusmodi fructus melius
... industriales, eò quòd sola hominis industria,
... in rebus locandis impensa, ita proveniant
ut ... [illegible] ... quando cum
ad ipsorum ... physicè
ratione ... cur non deberent industriales simpli-
citer appellari, ad differentiam perfectiorem naturalium
qui natura in totum, et mixtorum, qui partim natura
partim industriâ concurrit. Unde merito etiam Bald.
in l. Si traditio, in fine, ... actione emti fruct. ...
..., quos communis civiles nominat, nuncupat ipse industria-
lissimos.

X Ceterum cum ... isto genere fructuum in nostris ... [illegible]
... nulla incidat, omnis nostra ulterior inspectio ...
... fructibus primi, et secundi generis, ... inter
fructus ... et inter fructus mixtos ..., et
... industriales ... [illegible]
id ... [illegible]
... fructus ... noster Mevius ... ex ...
... ut ... [illegible]

XI ... [illegible]
... vero ... fructus, sive ...
... naturales, sive ... mixti, ...
et sunt illi, qui adhuc pendent, unde cum ipso corpore a quo
... adhuc ... ipso ...
... [illegible]
ac proinde unâ cum fundo ... [illegible]
sunt tam à possessore ... quam ... Sed ...

XII fructibus nullam ... [illegible]
... verò ... fructus ... et ex his alij sunt
extantes, alij consumpti, et quidem fructus extantes censentur
non tantum, qui ... sunt collecti ...
horreum, sed et qui terrâ separati ... [illegible]

in terris vel [illegible] reperiri, sicut licet [illegible] fructuarius [illegible] distractis [illegible]. et fructus [illegible] ex [illegible] separatis et in sua natura existentes, extantes [illegible] fruantur. [illegible]

XIII [illegible] autem [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] rerum natura; et eos vel ita consumpsit, ut sit factus vel ita, ut non sit factus ditior [illegible]

XIV [illegible] est fructuum [illegible] [illegible] [illegible] tamen [illegible] [illegible] tamen [illegible] si [illegible] diligentia [illegible] patrofamilias [illegible] [illegible] fuisset [illegible].

XV [illegible] in [illegible] [illegible], ut a facilioribus [illegible] [illegible] in nostra [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible] [illegible] circa fructus secundi [illegible] [illegible] [illegible] gravioris [illegible] circa fructus [illegible] biennii [illegible] restitutum.

XVI [illegible] igitur [illegible] casus [illegible] [illegible] [illegible] possessorem [illegible] [illegible] biennio, [*] Censemus, [illegible] [illegible] ad restitutionem omnium [illegible] [illegible] videlicet tam naturalium quam etiam [illegible], qui communiter industriales appellantur, quos iste intra dictum tempus percepit, tametsi ita eos consumpserit, ut in nihilo exin[de] factus fuerit ditior. *Censemus quoque, [illegible] [illegible] teneri [illegible]. [illegible] [illegible] eos etiam fructus quos [illegible] [illegible] [illegible] paterfamilias ex [illegible] [illegible] [illegible] intra dictum [illegible] in biennium, si ejusdem [illegible] [illegible] [illegible] fuisset, quamvis eos [illegible] [illegible] [illegible] ob propriam [illegible] non [illegible].

XVII Primum ex his [illegible] [illegible] ex l. Si fundum [illegible] de rei vend. et ex l. Certum est [illegible] [illegible] certum est [illegible] [illegible] omnes fructus [illegible] cum ipsa re [illegible].

Concurdat

[illegible] [illegible] ejus expressius in L. si quis à non domino ff. de [illegible] [illegible], ubi de quocunque malæ fidei possessore, et de quibus cunque fructibus ab eo[dem] perceptis, indistincte ita pronuncia tur = rei alienam [illegible] sciens possederit cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere = ubi Glossa ad v. cogitur restituere, loquendo de [illegible] actionibus, inquit, quia [illegible] ei [illegible] tenetur de consumptis, Conditione sine

XVIII causa et, de extantibus, Rei vendicatione

Cum autem relati juris textus ita absolute, et indistincte pronuncient possessorem malæ fidei una cum fundo teneri etiam ad restitutionem fructuum consumptorum, nulla habita ratione, utiliter consumpti sint, necne, ne videlicet ejus mala fides legitimo Domino noceat; noster Mævius nequit relevare suam conscientiam seu à dictorum fructuum restitutione excusare, dicendo, eos quidem mala fide percepisse, sed ita etiam eosdem consumpsisse, ut propterea nec rebus suis pepercerit, nec in aliquo fuerit factus ditior.

XIX Nam, cum fructuum acquisitio per jura paulò post allegandi non tribuatur cuivis possessori, sed possessori bonæ fidei tantum, malæ fidei possessor, qualis fuit noster Mævius per totum illud secundum biennium, ut nullum in eodem habuit jus, ita nec ullos fructus aut percipiendo suos interim fecit, aut consumendo suis lucratus; ergo tenetur ex justitia cum isto prædio restituere Sempronio omnes fructus, quamvis eos consumpserit et ita consumpserit, ut exinde in nihilo factus fuerit ditior.

XX Nec juvat dicere Mævium bona fide emisse [illegible] prædium à Sempronio. Nam quamvis ejus bona fides ipsum excusare valeat à restituendam fructuum tempore bonæ fidei consumptorum uti mox erimus ostensuri. Superveniens tamen mala fides, quæ in eodem [illegible] subsequenti biennio perduravit, nequit eundem excusare, immò ipsum condemnat ad omnes fructus intra illud tempus perceptos restituendos vero Domino una cum prædio.

XXI Alterum quoque assertum ex claris juris textibus demonstramus

uti

uti ex l. Fructus non modo ff. de Rei vindicatione, ubi ita disponitur = fructus non modo percepti, sed et qui percipi honeste potuerunt, aestimandi sunt .. et ideo, si dolo aut culpa possessoris res petita perierit: veriorem putat Pomponius Trebatii opinionem putantis eorumque fructuum rationem habendam quorumque haberentur, si non periisset = Concordat l. si de possessione Cod. unde vi, et Capit. Gravis, de restit. spoliat. ubi Summus Pontifex loquens de restitutione fructuum percipiendorum satis clare idipsum innuat illis verbis = sed quos (idest fructus) (licet possidere ... licitum) [illegible] idest potuissent) possessores veteres percepissent, reddi faciatis eisdem.

XXII. Atque merito quidem, ubi enim de dolo, et fraude disputatur, omne quod per adversarium non habuit dominus actor, et petitor veniat considerandum, per l. Generaliter ff. de R. J.; Sibi namque imputare debet possessor malae fidei, quod ita dolo detinuerit alienum fundum, ut ex propria negligentia non perceperit fructus illos, quos percepisset verus dominus, si sui fundi possessor extitisset.

XXIII. Cum igitur noster Maevius tales, et tot fructus ex propria negligentia non perceperit in subsequenti malae fidei biennio, quot, et quales percepisset Sempronius, si eidem restituisset suum praedium, etiam ad non perceptorum restitutionem, seu compensationem tenebitur.

XXIV. Neque hic eidem Maevio patrocinari debet, quod non fuerit violentus spoliator, sed quod ex bona fide et justo titulo emptionis acquisiverit Sempronianum praedium. Nam praefatae leges procedunt de quolibet malae fidei possessore, non distinguendo an sit violentus nec ne; titulus vero etiam emptionis, superveniente mala fide non excusat a dolo. Cum igitur negligentia possessoris doloti domino nocere non debeat, quominus consequatur, quod consequi potuisset, si rem suam possedisset per l. Si Navis ff. de Rei vindicatione, et l. 5 Cod. eod.; dicendum est, nec nostrum Maevium excusari posse a compensatione fructuum, quos biennio illo malae fidei non percepit, potuisset tamen percipere, si negligens non extitisset, nec quos percipere potuisset Sempronius, si eidem suum praedium restituisset;

quia tametsi non fuerit violentus spoliator, fuit tamen malæ fidei possessor, quod juxta allegata jura sufficit; et quia titulus emptionis ei in nihilo potest prodesse, excludente bona fide.

XXV Atque ita resoluta duplice difficultate circa fructus, perceptos jam et consumptos, nec non percipiendos, per Mævium intra biennium malæ fidei, aggredimur modo ad dicendas difficultates occurrentes circa fructus primi biennii, quo tempore dictus Mævius erat possessor bonæ fidei.

XXVI Cum autem ipsa facti species exprimat ex fructibus à Mævio perceptis primo illo biennio adhuc apud ipsum extare plurimos, Censemus ipsum teneri ad istud restituendum Sempronio una cum ipso agro; quamvis enim supponatur quod possessor bonæ fidei perceptionem fructuum tam industrialium, seu mixtorum, quam etiam naturalium, quibus accedentibus [?] dominium mancipatur [?], quæ sententia nobis magis placet, ut mox dicemus; ita tamen eorum dominium acquirit, ut dictos fructus necdum consumptos, sed adhuc extantes, teneatur domino supervenienti una cum fundo restituere; sicque dominium illorum fructuum non est omnino perfectum, et irrevocabile, sed conditionatum, imperfectum, et revocabile.

XXVII Hoc autem probatur per textum in l. certum est Cod. de rei vendicatione, ubi ita legimus: Certum est, malæ fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re præstare; bonæ fidei vero extantes. Ubi Glossa v. bonæ fidei, hoc intelligit indistincte sive quis bona fide cum titulo sive absque titulo possideat. in utroque enim casu fructus extantes una cum re ipsa sunt restituendi, per textum allegatum. Idipsum desumitur ex paulo ante citato §. Si quis à non domino Instit. de rer. divis. et acq. earum dom. ubi licet bonæ fidei possessor fructus perceptos dicatur facere suos, illico tamen subjungitur: Et ideo, si postea dominus supervenerit, et fundum vendicat, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Ex quibus verbis, argumento à sensu contrario desumpto clare colligitur, quod de fructibus à possessore bonæ fidei perceptis et nondum consumptis, sed extantibus, dominus superveniens jure agere possit, et per consequens quod idem possessor

possessor eos ex justitia restituere debeat, ut ibidem notat Gloss. verbo non potest, et Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 596. integram aliorum Doctorum catervam allegans.

XXVIII Igitur ex his necessario debet inferri, quod noster Mevius teneatur in conscientia restituere Sempronio una cum praedio etiam foenum extans, ut ut illud perceperit, et collegerit tempore quo adhuc versabatur in bona fide, et quamvis illius praedii possessionem nactus fuerit cum titulo emptionis.

XXIX * Sentemus pariter eundem Mevium teneri restituere Sempronio una cum praedio etiam illos centum aureos, quos ex vino dicto illo primo biennio, seu tempore bonae fidei percepto, et divendito acquisivit, quosque apud se habet, et conservat.

XXX Quamvis enim nonnulli Doctores velint, bonae fidei possessorem teneri restituere fructus jam consumptos tantum in judiciis universalibus, seu quando agitur de restituenda tota haereditate, et ex eorum consumptione possessor factus est ditior; hoc vero dicant, non procedere in judiciis particularibus, quibus accenseri debet judicium nostri casus; opposita tamen sententia, seu hujusmodi obligationem admittens etiam in judicio particulari, est communior, juri conformior, adeoque verior, et merito tenenda, ut sit Covarr. lib. 1. var. resol. cap. 3. n. 6. concl. 3. et nos ita tenendam censemus.

XXXI Possessor bonae fidei tenetur vero domino superveniente restituere fructus non tantum naturales, sed etiam industriales seu mixtos, extantes, uti jam probavimus; ergo etiam restituere debebit fructus industriales, seu mixtos, quos quidem consumpsit, sed exinde factus est ditior; siquidem fructus illi, ex quibus possessor factus est ditior, licet secundum se, ac substantiam suam sint consumpti, nihilominus adhuc extant, et perseverant in illo augmento, per quod possessor factus est locupletior, [illegible] bonum et aequum est, ut hujusmodi augmentum seu id ex quo possessor factus est ditior, redhibeatur vero domino rei, quae sua est, et non alteri fructificare debet. Deinde

XXXII Deinde hoc natura aequum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem; prout habetur l. Nam hoc natura ff. de condict. indebiti, et l. iure naturae ff. de R. J.; et quotiescunque adest alterum ex duobus casibus obligationem restitutionis inducentibus, videlicet ex re accepta, seu possessa, vel damno injuste illato, desumptum, ... scienda esse ... sed possessor bonae fidei ditior ex fructibus industrialibus consumptis, est obnoxius obligationi restitutionis consurgenti ex capite rei acceptae, quia retinet ad se rem alterius saltem quo ad partem illam, qua locupletior factus est; igitur aequum et justum est, ut saltem ... restituat, quidquid importat illud augmentum, quod contraxit ex consumptione fructuum perceptorum ex ejusdem agro.

XXXIII ... noster Tityus ex praedio Sempronii perceperit vinum, quod connumeratur a Jurisconsultis fructibus industrialibus, quod illud, in statu bonae fidei existens, vendendo consumpserit, ita ut amplius ... ipsum existat in sui natura, quia tamen ex eo vendito accepto pretio extant apud se centum aurei, quibus factus est locupletior, utique ad eorum restitutionem tenebitur, ne Sempronii jactura ditescat. Praeterea vero, quia non tantum centum extant, sed censetur extare ipsum vinum, in cujus locum successere hi centum aurei; est enim juris Brocardicum, quod subrogatum capiat naturam ejus, in cujus locum est subrogatum.

XXXIV Et quomodo respondebimus Doctoribus illis ita ratiocinantibus: Jura indistincte asserunt, bonae fidei possessorem lucrari fructus consumptos, sic l. sed et loci ff. finium regundorum dicitur ... bona fide percepit, et lucrari eum oportet, si eos consumpsit, itaque teneri eosdem jam consumptos restituere ... dicitur ... l. si quis a non domino Instit. de rer. div. juncta Glossa ... non potest, ergo indistincte debent intelligi; ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus?

XXXV Quomodo respondebimus? Respondebimus hoc modo: Textus allegati et his similes perpetuo commode intelligi et possunt, et debent, de fructibus consumptis ita, ut nihil eorum remaneat, nec quam augmentum, quo possessor ex illis in alio suo factus sit locupletior. Quare.

XXXVI Deinde

XXXVI
Censemus tandem, Nostrum Maevium ad nihil teneri Sempronio de fructibus illis seu industrialibus, seu etiam naturalibus tantum, quos biennio illo primo bonae fidei, ita percepit, et consumpsit, ut nullatenus exinde res suas pepercerit, adeoque in nihilo exinde fuerit factus locupletior.

XXXVII
Et quidem loquendo de fructibus industrialibus ita consumptis, idest de [illegible], tritico, et omni genere frumenti, constat ex lege ait. §. Si quis a non domino ff. de A. R. D. et L. C. C., ubi fructus industriales adjudicantur bonae fidei possessori pro cultura, et cura adeo ut, si dominus superveniat, et fundum vendicet, de fructibus ab eo consumptis agere non possit, ne quidem ad pretium, ut explicat et probat Gloss. ibidem V. non potest; quibus concordant alia jura.

XXXVIII
Et sane, quia obligatio restituendi ex duplici solum capite oritur, vel ex parte rei acceptae seu possessae, quae domino suo reddi debeat, vel ratione injustae acceptionis, hoc ipso quod in casu possessoris bonae fidei, qui fructus ita consumpsit, ut exinde in nihilo factus sit ditior, neutrum horum urgeat, idem possessor ad nihil tenebitur ratione fructuum ita consumptorum.

XXXIX
Quod autem neutrum ex dictis capitibus in hujusmodi casu urgeat restitutionem vel de se satis patet: non enim injusta acceptio quia loquimur de bonae fidei possessore; neque etiam res accepta; quia neque res ipsa, neque aliquid rei quod ipsum post ... supponitur remansisse, quia omnes illos fructus ita bona fide consumpsit, ut in nihilo factus sit locupletior.

XL
Cum ergo isti sint praecisi termini nostri casus, necessario debet inferri quod noster Maevius de fructibus illis industrialibus bona fide perceptis, et ita consumptis, ut exinde non sit factus locupletior ad nihil prorsus teneatur.

XLI
Quoniam vero generaliter, seu tam de fructibus industrialibus, quam etiam de naturalibus ita consumptis, ut possessor bonae fidei exinde non sit factus locupletior, jura indistincte liberant eundem a quacumque restitutione. Nam in cit. §. Sed et loci ff. finium regundorum simpliciter ita disponitur. Nam aut bona fide percepit, et

et lucrari eum oportet si eos consumpsit. Et in l. Si a te petit § [illegible] ff. de petit. hered. dicitur: Consuluit senatus bonae fidei possessoribus ne in totum damno adficiantur, sed in id dumtaxat teneantur in quo facti sunt locupletiores. Ex hac enim lege a contrario sensu recte infertur eos possessores bonae fidei, qui fructus perceptos tam industriales quam naturales ita consumpserunt ut in nihilo facti fuerint locupletiores, ad nihil teneri.

XLII Itaque noster Marius ad nihil teneretur Sempronio domino, seu de fructibus industrialibus, videlicet tritico, et aliis frumentis, seu de fructibus naturalibus ~~[illegible]~~ ut de lignis, pomis, nucibus, et id genus, quia hos omnes fructus ita consumpsit, ut non sit factus locupletior.

XLII Et peculiariter loquendo de fructibus naturalibus, quorum dominium, ne quidem imperfectum, acquirit possessor bonae fidei, autumant quidam doctores, et proinde sunt etiam consumptos esse restituendos, quamvis possessor non fuerit factus locupletior. Contra hos habemus l. bonae fidei ff. de acq. rer. dom. ubi dicitur: Bonae fidei emptor non dubie percipiendo fructus ex aliena re suos interim facit non tantum eos, qui diligentia et opera ejus pervenerunt (en fructus industriales) sed omnes (en et industriales et naturales) quia (prosequitur ista lex) quia, quod ad fructus attinet, loco domini pene est. Cautela autem illa, sed omnes, [illegible] maxime ponderanda est: nam qui dicit omnia nihil excipit, ac proinde sub illa comprehenduntur etiam fructus naturales.

XLIII Ergo noster Marius etiam fructus illos naturales, nempe ligna, [illegible] suos interim fecit, et respectu eorum loco domini fuit, si ita eosdem consumpsit, ut non sit factus ditior, nec tenetur ad aliquam restitutionem illorum ex capite injustae acceptionis et consumptionis, nec etiam tenetur ex re accepta, quia nihil amplius [illegible] existit, nec in specie, nec in aequivalenti, sive in aliquo augmento.

XLIV Caeterum summopere advertendum est, quod sicut in sua fructuum appellatione illi dumtaxat intelliguntur, qui supersunt deductis impensis, quae quaerendorum, colligendorum, conservandorumque eorum gratia fiunt, prout habet Text. expressus in l. Si a domino ff. de petit. hered., eo addito, quod haec deductio expensarum non solum in bonae fidei possessore locum habeat, verum etiam in malae fidei, ut tradit etiam Hob. in Sr. Grave, de restit. [illegible]; ita nos nomine fructuum ad quorum restitutionem Marium possumus teneri intelleximus et intelligimus fructus deductis expensis, quas [illegible] fecit seu [illegible] pro [illegible] fructibus industrialibus tam naturalibus [illegible]

Pro Congregatione diei ~~primae~~ 30 mensis ~~Junii~~ Julii 1737.

Ad decisionem utriusque casus a nobis propositi, divino implorato auxilio, procedimus.

Primum casum sic proponimus

Titius petit a Cajo quingentos aureos, quos etiam [illegible] promittit sub conditione, ut sibi, pro maiori securitate, in pignore det domum, quam Titius locare solitus erat viginti quinque aureis annuatim; atque eo adjecto pacto, ut Titius interea ad nihil quidem teneatur usurarum nomine, sed ut, quando Cajus voluerit, repetere pecuniam suam a Titio, ipsique domum reddat; et cum voluerit, etiam Titius recuperat domum suam a Cajo, restitutis quingentis aureis; cum autem Cajus, postquam dictam domum inhabitasset integro decennio cum sua familia, repetiit a Titio suam pecuniam, oritur

Dubium, an Cajus, Titio suam domum reddendo, possit absque tuta conscientia repetere integram summam quingentorum aureorum, non computatis in eam viginti quinque aureis, quos Titius intra illud decennium ex locatione domus suae annuatim percepisset?

I Si Cajus lucrum quaerere intendens ex sua pecunia non accepisset a Titio domum pignoris loco, sed quingentos illos aureos eidem dedisset in pretium, quod justum esset, respectu ejusdem domus a se emptae sub dicto pacto, quod idem pactum retrovendendi in utriusque gratiam; cur Cajus reddendo seu potius revendendo domum eidem Titio non possit ab ipso tuta conscientia repetere omnes quingentos aureos, in horum summam non computatis viginti quinque aureis, pro quibus annuatim locari potuisset dicta domus intra decennium quo eam inhabitasset idem Cajus, oppido non videmus; cum enim in hac suppositione

[illegible]

ejus existeret verus et legitimus emptor ejusdem domus hanc velut suam intervenisset absque ex hoc titulo nihil deberet Titio: itaque (cujus retrovendendo vitio eandem domum post decennium) tutissima conscientia poterit eo ipso vendere omnes quingentos aureos in hos minime computatis dictis annuis viginti quinque aureis.

II Sed cum nostra facti species exulare faciat omnem emptionis venditionis imaginem, ob expressam pignoris interventionem, praesens dubium probe te resolvi non potest per regulas et principia, quae emptionis venditionis contractui eadem imponunt. Ergo cum noster ejus pignoris loco habeat a Titio domum, priusquam mentem nostram exprimamus inquirere debemus quid juris sit circa fructus rei a debitore creditori oppignoratae.

III Quamvis pactum, per quod creditor percipit fructus pignoris in compensationem usurarum, inutile non esse dicat [illegible] nianus in l. j. §. pacto ff. de pignoribus, et expressius [illegible] cianus in l. si is qui ff. eod. et in l. si pecuniam ff. de pigneratitia actione: quorum prudentem responsa secuti sunt Imperatores [illegible] in l. si ea, cod. de usuris, ea fortasse ducti ratione [illegible] eam [illegible], quae [illegible] in usurarum compensatio[illegible] quod creditor aliquid [illegible] possidet [illegible] fructus autem [illegible] ut statuit [illegible] eod. itaque fructus rei pignoratae ratione [illegible] ad creditorem jure spectare videntur:

IV Quamvis ipsum haec ita se habeant in [illegible] jure civili, hujusmodi tamen pactum a jure canonico ut usurarium omnino improbatum est, et merito; quia cum usura sit aliquid ultra sortem recipere, ita etiam capere intelligitur qui recipit fructus rei oppignoratae, ac si pecuniam reciperet pro usuris. non enim tantum usura committitur, cum quis pecuniam credit et suo arbitrio [illegible] et stipulatur usuras ejusdem generis; sed etiam cum commodum fructuum

acc

aut aliud compendium captat; S. Augustinus enim in Psalmo 36. ait Si foeneraveris homini, idest mutuam pecuniam dederis a quo aliquid plus, quam dedisti expectes non pecuniam [illegible] sed aliquid plus, quam dedisti, sive illud triticum sit sive vinum sive oleum, sive quodlibet aliud si plus quam dedisti expectas, foenerator es. et S. Ambrosius lib. de Tobia inquit: Et esca usura est et quodcunque sorti accedit usura est, et quod velis ei nomen imponas, usura est.

V Cum ergo vigore pacti in nostro casu expressi Cajus creditor domum sibi pignoris loco a Titio datam, ita inhabitasse praetendat ut ~~quae dicta~~ ii, pro quo eadem locari potuisset per integrum [illegible] annuum imputari non debeat in sortem quingentorum aureorum, quos modo repetit a Titio: Contendo pactum illud esse usurarium, et per consequens Cajus, Titio suam domum reddendo, nequit tuta conscientia repetere integram summam quingentorum aureorum; sed in eam computari debent viginti quinque aurei, quos Titius intra illud [illegible] nium ex locatione domus suae annuatim percepisset.

VI Nam certum est, quod quaevis res domino suo fructificare debeat dominus autem domus pignoris loco datae manet ipse Titius debitor, non vero eius dominium acquirit Cajus creditor; est enim juris utriusque principium quod dominium rei oppignoratae sit penes debitorem ut expressum habetur in l. pignus 35. de pignorat. act. et l. cum et sortis §. pignus ff. [illegible] etsi creditor jus reale habeat in pignore, ut [illegible] eadem jura [illegible] quapropter necessario infertur quod fructus rei oppignoratae spectent ad debitorem, quia [illegible] dominium [illegible] fructus [illegible] de rei vindicatione, et l. in pecunia ff. ad [illegible], pignus enim non traditur creditori, ut lucrum ex eo faciat sed ut in tuto creditum habeat, l. si pignore §. primo ff. de furtis, quare pignus non numeratur in bonis creditoris, [illegible] itaque ff. eodem: idcirco quodcumque [illegible] in commodum vel incommodum ad debitorem, velut dominum pertinet.

Si inter

l. si inter. ff. de pignoribus.

VII. cibus ita sese incontroverse inter patentibus, quis potest non inferre, quod Cajus non aliter possit à Titio repetere quingentos illos aureos, quam imputatis ~~[illegible]~~ in hanc summam ~~[illegible]~~ pensionibus, pro quibus Titius locare potuisset suam domum intra totum decennium, quo pignoris loco duntaxat Cajus retinuit, et inhabitavit eandem domum? etenim si Cajus dictas pensiones non imputaret in sortem quingentorum aureorum sibi debitam retineret aliquid ultra sortem, quam Titio dedit, et per consequens usuram committeret.

VIII Quare recte Summus Pontif. Innoc. 3. in Cap. cum contra, de Pignoribus, decrevit creditorem teneri imputare in sortem principalem fructus ex re pignorata perceptos. Tenor enim hujus capituli est iste = Cum contra, et infra Contradictor igitur in nostra presentia legitime probavit, quod possessiones ipsi pignoris titulo fuerant obligatae &c. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutionem sortis accedat, cum secundum canonicas sanctiones fructus restitui, et in sortes debeant computari, decernimus &c. et [illegible] sequenter.

IX Ex quo textu communis Doctorum sententia infert, fructus ex re pignorata perceptos à creditore eos debere imputari in sortem debiti principalis; et hanc conclusionem probant quoque textus in Cap. 4. et 6. de Pignoribus, et in cap. 5. et 7. de usuris.

X. Quidquid ergo in contrarium statuat hac in re jus civile, minime attendi debet, cum, ubi agitur de periculo peccati, et de illaqueanda conscientia, leges succumbere debent sacris canonibus contrarium disponentibus. Siquidem tunc leges civiles, cum peccatum nutriunt, canonice [illegible] correctae censentur; lex autem correcta non dicitur amplius lex. Glossa in l. ult. ff. ad l. Cornel. de falsis, et ostendit Fagnanus in Cap. cum esses, num. 167. de Testamentis.

XI

XI Quare nec potest obstare adjecta illa dubitandi ratio, fundata in possessione; Nam omissa quaestione an creditor vere pignus teneat, quam dirimendam relinquimus Jurisconsultis, nos interea pro certo affirmamus, creditorem retinere rem pignoratam pro securitate debiti, non autem accipit animo domini, aut jure dominij, sed ut naturaliter detineat ad securitatem; idque agi intelligi debere inter debitorem et creditorem, ut nihil ex pignore acquiratur creditori, sed tantum, ut res pignorata sit apud eum pro contractus principalis fide, et securitatem creditoris, l. 3. § legata § fin. ff. de superlectile legata

XII Sed jam posset quis exinde contra nostram decisionem ita inferre: Sicut quotiescunque inter creditorem, et debitorem actum intelligitur, ut creditor non tantum detineat pignus pro securitate, sed ut etiam interea fructus ex illo accipiat donec ei sors fuerit restituta a debitore, idem creditor citra labem usurariam poterit dictos fructus percipere, quin eos imputet in sortem. Ergo cum sub hujusmodi pacto expresso Cajus dando Titio quingentos aureos ab eodem domum inhabitandam acceperit, videtur dicendum, quod Cajus minime imputare debeat in sortem pensiones, quas Titius ex locatione domus percepisset per id tempus, intra quod eam inhabitavit Cajus.

XIII Verum tamen haec illatio posset esse legitima in casu, quo vel ex titulo lucri cessantis, aut damni emergentis Cajus postulasset à Titio, ut sibi interea domum dit ad inhabitandum, vel etiam in casu, quo ~~[illegible]~~ cum expressa, vel praesumpta libera voluntate Titij Cajus ad gratis inhabitandam ejus domum acciperet; Nequit tamen esse legitima in terminis nostri casus, utpote qui nullum supponit ex parte Caji titulum lucri cessantis, aut damni emergentis: et in cujus circumstantijs nequit

inveniri etiam

prudenter præsumi in Titio hæc libera voluntas, quod Cajus interea gratis inhabitet suam domum, quam annuatim locare solitus erat pro viginti quinque aureis; etenim cum ~~[illegible]~~ Titius, petendo a Cajo quingentos aureos mutuo, quos non aliter potuit ab ipso Cajo obtinere, quam eidem tradendo pignoris loco suam domum sub pacto perennalem ejusmodi adjecto; ideo sub hujusmodi conditionibus domum suam tradidit Cajo, quia aliter ab eodem vix consequi potuisset dictos quingentos aureos, quibus indigebat: profecto nequit prudenter præsumi quod voluntas Titij circa gratuitam inhabitationem suæ domus, fuerit vere libera; sed præsumi debet quod fuerit voluntas mixta necessitate, seu conditus mixtus involuntario, eo nempe modo, quo cum mixto involuntario quis solvit usuras, utpote alias mutuum non obtenturus: hunc autem conditum mixtum involuntario ordinarie intervenire circa usum pignoris docet S. Th. 2.2. quæst. 78., et cum eo Sylvester, Navarrus, et communis Doctorum, nisi pignus sit talis res, quæ inter amicos sine pretio, ut plurimum concedi solet, ut sunt libri, vasa, et ~~hujusmodi~~ [alia] res infrugiferæ, cujusmodi certe non est domus Titij, utpote quæ ei singulis annis fructus affert viginti quinque aureos, nisi pignoris loco eam tradidisset Cajo, a quo non aliter consequi potuisset totius dictos quingentos aureos. Ceterum autem si quid Cajus impendisset pro conservatione, vel restauratione ejusdem domus sibi oppignoratæ, ejus omnino foret habenda ratio, et a Titio illius domino bonificari deberet.

XIV Sed cur (inquies dictum omni) sed cur noster Cajus tenebitur in sortem computare pensiones, quas percepit ex locatione domus sibi oppignoratæ, si nec dominus feudi tenetur fructus computare in sortem, casu quo eidem vasallus feudum sibi concessum, in pignus dat: nec maritus tenetur computare in sortem fructus perceptos ex pignore eidem dato pro securitate dotis promissæ a socero ut disponitur in cap. Salubriter, de usuris, in quo legimus: Sane generum

generum ad fructus possessionem, quae sibi a socero [illegible] pro necessitate [illegible] computandos in sortem non crederemus [illegible].

XV. Verum si attente consideraverimus, comperiemus, neutram varietatem posse subsistere. Nam non aliter cessat in Domino feudi obligatio computandi in sortem fructus perceptos ex feudo sibi à vasallo [illegible] dato, quam si interea non exigantur à vasallo servitia alias debita, ut hac de re textum clarum habemus in cap. 1. de feudis, et in cap. conquestus, de usuris; hujus autem canonicae dispositionis ea est ratio quod cum vasallus interim non praestet servitia (ut supponitur) sed maneat liber ab ipsis, suspenditur obligatio inter dominum et vasallum contracta, et coalescente dominio directo, ac utili, res feudalis redit ad primam naturam, sicque dominus utitur fructibus ejus, ac si feudalis non esset, atque ita excusatur ab usuraria pravitate, prout notat Fagnanus in cap. in B. de feudis.

XVI. Quod vero nec maritus teneatur computare in sortem numeratae pecuniae sibi à socero in dotem promissam fructus perceptos ex re sibi pignori ab eodem data, licet varii varias dent rationes, rectius tamen sentiunt, qui dicunt id licere genero ratione interesse damni emergentis, quod sentit sustinendo onera matrimonii, non recepta promissa dote, in cujus compensationem fructus rei oppignoratae juste cedere possunt, et debent. Ut proinde dicendum sit, aliquam esse specialitatem hac in parte ex causa dotis, eamque consistere in sustinendis pactis percipiendi fructus, non tam ex dotis favore, quam ex causa emergentis damni, vel loco satisfactionis pro oneribus matrimonii. Et hinc est, quod Summus Pontifex in d. cap. Salubriter de usuris, eam addidit rationem: cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda. Quasi diceret, cum fructus dotis alioquin cedant marito ad onera matrimonii sublevanda, immo saepe non sufficiant, merito loco fructuum dotis non solutae poterit maritus interim percipere fructus ex pignore, usque ratione lucri cessantis dotem nondum solutam. Cum ergo in nostro casu nec adsit titulus lucri cessantis, aut damni emergentis hac ex parte (libera volente) in Titio, nec demum alius existat titulus, ob quem Cajus non teneatur imputare in sortem pensiones domus inhabitatae, etc.

Atque ita decisa primo casu procedimus ad decidendum secundum, quem sibi proposuimus.

Mævius vestes quasdam, valentes viginti quinque aureis, Sempronio pro viginti pignori obligavit, eidemque promisit, cautione præstito juramento, quod, nisi vestes ipsas intra trimestre recolligeret, eundem creditorem ulterius super ipsis minime molestaret, cum autem idem Mævius eo pecunia careret, tum nondum bimestre post statutum in fine eas terminum, potuerit dictum suum pignus luere, oritur dubium, an Sempronius ultra legem usurariam prætendere possit, quod dictæ vestes post lapsum statuti termini ad se pertineant ita ut ijs velut suis uti possit, easdemque velut proprias divendere.

I Quod licitum validumque sit pactum, quo debitor cum creditore ita paciscitur, ut, si intra præfixum tempus non solverit, pignus ei justo pretio (quanti nempe arbitrio prudentum fuerit æstimandum) sit venditum, Leges tam sacris canonibus tacite consonantibus sat luculenter disponunt. nam in l. si fundus ff. de pignoribus, ita legimus: potest ita fieri pignoris datio hypothecæve, ut, si intra certum tempus non sit soluta pecunia, jure emptoris possideat rem justo pretio tunc æstimandam: ... hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse venditio — Quod similiter in similibus pignus ... et illud, quo pretium justum quantitatem debiti excedit, debitori restituere debeat.

II Hæc autem juris dispositio ad eum quoque casum communiter a doctoribus extenditur, quo sine addita clausula justo pretio, pactum absolute ita fiat — si intra hoc tempus non solveris, sit tibi pignus modo datum, venditum: quia benigna interpretatione subintelligitur justo pretio arbitrio boni viri taxando, immo ad eum quoque casum protrahitur, quo pactum ita simpliciter fierat: illud habeas justo pretio vel sit tibi in solutum. nam et hic debet subaudiri justo pretio et ita sit venditum. adeoque sub qua mavultis formula ex pactis fiat illud actum, datur intelligi, ut creditor possit quidem solutionis loco retinere pignus, habeat tamen ... quo pretium pignoris, arbitrio boni viri, vel ... excedit quantitatem debiti; debitori restituere.

III Verum an in nostro casu, in quo longe aliud inter Mævium et

Sempronium conventum videmus, idque jurejurando firmatum, citra labem usurariam vestes oppignoratas sibi appropriare se ex creditor Sempronius, dubium non facile resolubile initiam videri redderet.

IV Cuilibet namque licet de rebus suis pro libito paciscii, et conditionem suam pacitendo deteriorem facere l. penult. ff. de pactis, cum pluribus similibus; cui dubitandi rationi ex quoque accedit, quod debitor uti jamjam diceramus, pro pecunia accepta pignus in solutum dare possit; igitur etiam in nostra facti specie iterare Sempronius cum Maevio paciscii, ut si intra trimestre debitor non redimeret pignus, maneret ita creditoris, ut huic super eo nullas esset debitor molestias illaturus, aut quidquam de eodem repetiturus.

V Crescit autem dubitandi motivum, si consideretur, quod tametsi pactum illud jure, et quo ad se spectatum, fortasse roboris firmitate careret, non ita tamen videtur dicendum accedente juramento, propter hujus enim religionem adhuc illud servandum est, uti plures Pontificij juris textus disponunt.

VI Sed his, aliisque dubitandi rationibus minime obstantibus, sentemus Sempronium citra labem usurariam protendere non posse, quod vestes sibi à Maevio oppignoratae post lapsum statuti termini ita ad se pertineant, ut ijs veluti suis uti possit, easdemque veluti proprias divendere.

VII Hujusmodi enim pactum, quod in jure appellatur pactum commissorium pignoribus adjectum, tam à legibus, quam à sacris Canonibus equidem invalidum et illicitum est, reprobatum; à legibus, uti patet ex toto tit., praesertim autem ex l. fin. cod. de pactis pignorum, et de l. commiss. ubi dicitur: Quoniam inter alias captiones, praecipue Commissoriae pignorum legis crescit asperitas, placet infirmari eam, et imposterum omnem ejus memoriam aboleri, cum ijs quae sequuntur; à jure Canonico, uti patet ex capitulo Significante, de pignoribus, in quo sic legimus: Cum igitur pactum commissorium sit in pignoribus improbatum, mandamus etc.

VIII Et merito pactum hocce ab utroque jure veluti illicitum, et usurarium fuit improbatum, siquidem creditorum avaritia erat coercenda, et captionibus succurrendum. Si enim hujusmodi conventio non fuisset improbata, creditores maximam sibi, et fraudis materiam habuissent, cum debitores necessitate coacti, nec hanc, nec illam quamlibet

pactionem

pactionem recusare solent, dum sperant, se pignus intra tempus
praefinitum luere posse; in qua tamen re, ut spes hominum fallax
est, cui se votis suis plurimum indulgent, [illegible] debitoribus
[illegible] necesse foret, et pignora quantumvis in valore
sortem mutuo acceptam excedentia pleno jure creditoribus
[illegible]; exinde autem manifeste appareret hujusmodi pactum
continere labem usurariam; hoc ipso enim quod pignus plus
valens cederet creditori, jam debitor plus debito solvere cogeretur,
[illegible] creditor vi mutui ultra sortem sibi debitam aliquid
[illegible] absque justo titulo acciperet, sicque usuram committeret, [illegible] in cit. Cap. Significante, n. 7. et a [illegible]
[illegible] argumentantur.

IX Nec obstat prior adducta dubitandi rationes; nam etiam si regulariter pacta conventium servanda sint, quia ipsa sunt leges et
partes contractus, tamen id procedit cum pacta sunt juri
consona, non vero contraria [illegible] juris [illegible]. Tale
autem est conventio Maevii cum Sempronio, quae ideo jure [illegible]
[illegible] quia non libere, sed [illegible] rei familiaris inopia ita [illegible]
contentus debitor: eademque inopia facit, ut ad tempus statutum
pecuniam solvere non [illegible], et [illegible] etiam
[illegible] lucri captatio ex [illegible] creditoris [illegible].

X Nec etiam urget secunda dubitandi ratio, quia quamvis in pactum
sit tactum, vi cujus excessivum pignus totum [illegible]
[illegible] pro minori quantitate [illegible] per paucos ante dictos
[illegible], tamen iniquum non est pactum, quo permittitur
pignus in solutum proportionaliter [illegible] pro quantitate [illegible]
ita videlicet, ut retento pignore restituat creditor [illegible]
tum juste aestimato pignore, pretium hujus excogitatum [illegible]
[illegible] rationem [illegible] in solutum licite [illegible]
[illegible] deducitur ex argumento l. Eleganter ff. de pignoribus.
Cum igitur in nostro casu non hoc actum fuerit inter Maevium
et Sempronium, sed illa conventio intelligatur quod nisi [illegible]
[illegible] restituerit acceptam pecuniam, vestes oppignoratae
[illegible], hoc ipso, quod vestes istae excedant in valore
quinque aureis sortem acceptam, pactum istud intelligi debet
a jure reprobatum veluti illicitum et usurarium.

XI Nec denique obstat juramenti [illegible], quamvis enim juramentum
[illegible] a Maevio, nisi [illegible] servatum, cum sine detrimento salutis aeternae servari nequit, non tamen [illegible]
[illegible], ut pactum improbum et a jure damnatum [illegible]
est quod continet noster casus, confirmare valeat, licet ad evitandi
perjurii [illegible] absoluta. ergo tametsi propter
jurisjurandi religionem [illegible] contra [illegible]
[illegible] molestare [illegible] pignora [illegible] nihilominus [illegible]
[illegible] quod Sempronius [illegible] usurariam [illegible]

XII

Pro Congregatione diei 26 Mensis Augusti 1757

Divino implorato auxilio ad propositionem casuum eorumdem decisionem procedimus.

Primum sic proposuimus.

† Cum in pascuis equus Titij, contra naturalem ditatem commodus equum Caij cauda ~~calcibus percusserit~~ occiderit, Caius, juxta legum dispositionem, petit à Titio, ut vel damni aestimationem praestet, vel noxiosum equum noxae dedat. I

Unde oritur

Quaerium, an, et quando Titius teneatur in conscientia damnum Caio illatum reparare.

I Juxta communem Theologorum sententiam duae sunt radices obligationis restituendi, scilicet ex re accepta, et ex injusta acceptione. Prima radix locum habet, quando sine culpa ad me devenit res aliena. Secunda radix locum habet etiam postquam periit res accepta, vel etiamsi nullum emolumentum acciperet aut damnificanti advenit, adeoque injustae acceptionis nomine comprehenditur quaecumque culpabilis damnificatio etiamsi quae fit sine utilitate lucri. Aliqui statuunt quidem etiam tertiam radicem restitutionis, quam dicunt ex contractu, sed haec reducitur ad alterutram ex praefatis. II

II Ex qua doctrina satis, ut videtur, deducitur nostrum Titium simpliciter et absolute non teneri in conscientia ad faciendam Caio ullam damni reparationem, quia in nostro casu nequit dici hujusmodi obligationem oriri ex re accepta, quia ex damno illato Caio nihil ad Titium devenerit pro quo teneat restituere; neque etiam ex injusta acceptione, cum ex terminis quibus est concepta facti species, supponi nequeat dictum damnum fuisse Caio illatum praecedente aliqua culpa Titij, cum dictum sit proprium equum

Titii, contra naturalem feritatem commotum equum, equumque calce ~~[struck through]~~ occidisse; nec etiam ex contractu aliquo, vel quasi contractu, quia nullum hujusmodi negotium Titium inter et Cajum intercessisse dignoscitur. Cum ergo ex nullo capite oriri possit in hoc casu obligatio restitutionis videtur omnino dicendum Titium simpliciter, et absolute loquendo, in conscientia ad nihil teneri Cajo pro hujus equuleo a suo equo occiso.

III Quod si diceretur, hanc obligationem quasi ex re accepta provenire ~~[struck through]~~, quatenus equus noxiosus Titii manet obnoxius Cajo, cujus equulum occidit, cum igitur Titius eum possideat damni resarciendi obligationem habebit ratione rei possessæ. Ad hoc objectum multipliciter potest responderi.

IV Primo quidem non apparet, stando in jure naturæ, cur magis obnoxius possit esse equus, bos, canis aliudve animal damno, quod sine culpa domini intulit, quam possint esse res aliæ sensu carentes: certum est autem, dominum non teneri de jure naturæ pro damno, quod absque ipsius culpa ~~[struck through]~~ vel ignis, aut columna ~~[struck through]~~ alteri intulit, nec debet dare rem illam pro noxa, seu damno, cum tamen non minus possit columna alterius, vel arbor absque culpa domini cadens, damnum inferre tectis vicinis, quam equus alterius equum calce percutere, bos cornu petere, vel fera effractis vinculis possit ... alienas invadere. igitur debet de jure naturæ non adhærere talem obligationem in re ista, vel propter rem istam nocentem absque domini culpa.

V Deinde damnum ab amente, vel furioso illatum non reddit illum ullo modo obnoxium ad reparationem ... de jure naturæ, non est autem majus fundamentum in animali, vel fera, quam in amente, cum neutrius operatio ... ratione ... rationis, ergo non magis debet reddi obnoxium animal ad reparandum damnum.

VI Verum, tametsi ex rationibus hucusque allatis inferri possit ... Titium non illicò teneri in conscientia ad reparationem damni

damnum Cajo illatum; tamen dictæ rationes non probant Titium continuo simpliciter, et absolute exemptum esse ab hujusmodi obligatione; alias enim ad quid leges illæ, quarum dispositioni congruit Titii petitio?

VII Ergo censemus Titium nostrum, nec ante, nec post Caji petitionem obligatum esse in foro conscientiæ ad solvendum Cajo justum pretium equi occisi, vel ad suum noxiosum equum noxæ cedendum: bene vero esse ad id obligatum in conscientia post judicis sententiam condemnatoriam.

Priorem partem hujus nostræ decisionis putamus sat luculenter probatam iri per rationes præadductas; hoc ipso enim quod nulla sit imaginabilis ratio, fundata in ratione naturali quæ suadeat Titium obligatum esse vel ex re accepta, vel ex injusta acceptione, vel contractu, concludere oportet, cum Cajo seu petent, seu non petent, ad nihil teneri in conscientia ante judicis sententiam condemnatoriam.

VIII (1) Ut nunquam autem demonstremus posteriorem decisionis partem, juxta Titium teneri in foro conscientiæ duntaxat post judicis sententiam ad resarciendum damnum Cajo illatum, vel æstimationem præstando vel noxam dedendo e re esse duximus videre quæ sit æquum [illegible] circa hanc materiam.

IX (2) Et quidem regula generalis etiam secundum leges neminem teneri ad restitutionem ob damnum absque omni propria culpa alteri subsecutum. Hæc tamen regula non ita generalis, ut [illegible] ut suas non habeat exceptiones; nam in primis istæ leges volunt ut dominus mancipii teneatur de damno a mancipio [illegible], [illegible] sine culpa [illegible] [illegible] [illegible] justum, [illegible] ex tot. titulo [illegible] [illegible]ibus.

X Quo jure civili quoque [illegible], ut si ex domo tua aliquid fuerit [illegible] vel projectum in viam publicam, vel [illegible], quod v.g. vestitus transeuntis nocuit nec fuit reclamatum, ut [illegible] [illegible] illud damnum, tametsi sine omni tua

culpa

culpa id evenerit, tamen teneri, ad damni reparationem ita enim eandem legimus in titulo ff. titulo de iis qui dejecerint vel effuderint.

XI Quod vero concernit materiam casus, in quo versamur, extat in ill. ff. tit. ..., Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, ubi ... niter quod si animal cujus, seu bos sit seu equus ovis ... mula sus aliudve ... quod ... lasciviens, damnum dederit ..., is, cujus est quadrupes, qui damnum etiam sine ulla injuria aut culpa intulit domini dederit teneatur ei, cui damnum ... ita ... vel noxiam quadrupedem ... vel justa aestimationem damni praestare. ... tit. ... extenditur ad damnum a quovis alterius animali ...

XII similiter tamen locum habet haec juris civilis dispositio, quam si animal contra naturam ... feritatem commotum damnum dederit, ut si equus calce percusserit, bos cornu petierit, ut ... ff. ... tit., quare locum non habet si animal plus justo oneratum, aut etiam per alium irritatum damnum dederit, tunc enim locum habet dispositio ... contra ... qui est in culpa.

XIII contra ipsa l. 1. ... sufficit, ut dominus teneatur, si animal etiam mediate tantum damnum dederit, ut ... claustrum, vel evertendo aliud corpus, ... damnum dedit; Unde si animalis ... concitaverit animal ... et hoc concitatum damnum intulit, ... teneretur ... non ...: si vero animal cujus aggrediatur animal alterius, et hoc aggressorem vel laeserit, vel occiderit, dominus aggressi ... nihil tenetur domino aggressoris; sicut etiam si ... meus canis ferus ligatus erat ..., et tu ... fugiens domum meam intrasti et a cane ligato ... laesus, tibi ... qui ad canem ligatum accessisti ex ... actio ... tit. quod a ... locum ..., si ad ... vel aliquod ... meum ... domum meam intrasti ... enim meo jure canem ... ut domum ab injusti invasoris ... defendam.

XIV His suppositis, fatemur quidem, potuisse ... civilis justas ob causas, et ob communem ... et bonum ... ita

ita ferri, ut non solum obligarent ad eam damni refectionem, post intentatam à damnificato actionem et secutam Judicii sententiam, ut, nempe domini magis invigilarent, ne aliquod [illegible] suorum mancipiorum, vel animalium, exacta in ferretur, sed etiam obligarent ad ea omnia solvenda ante ullam sententiam propter eandem causam pacis, et boni publici

XV tamen constanter [illegible] nullum esse fundamentum sufficiens [illegible], hanc facile sequeretur intentionem, sed potius ut dicamus, quod quamvis dictæ leges ante actionem à damnificato intentatam et secutam Judicii sententiam in conscientia ad nihil [illegible] dominos animalium [illegible], tamen post Judicii sententiam hac obligatione omnino adstringantur, quia cum leges illæ non fundentur in aliqua falsa præsumptione et juxta omnium tum Theologorum, tum Canonistarum sententiam sint justæ, justa quoque debet esse sententia [illegible] eas lata; dubitari autem non potest, quin justa Judicii sententia sicut in foro externo, ita et in foro interno obtineat, adeoque obligat in conscientia ad præstandum id, in quod condemnat.

XVI Quod vero nullum sit fundamentum asserendi, dictas leges obligare etiam ante Judicii sententiam, pluribus potest ostendi; et primò quia [illegible] non aliter videntur usu receptæ prædictæ leges quam hæ censeantur obligare duntaxat post Judicii sententiam; nullus enim prudens credit se in conscientia obligatum ad similia damna resarcienda, priusquam fuerit ad [illegible] condemnatus; hujusmodi autem leges non obligant nisi in quantum sunt usu receptæ. Deinde leges obligationem talem imponentes ante sententiam essent magis iniquæ, nam et [illegible] essent enim nimis [illegible], et laqueos injicerent conscientiis, atque [illegible] boni communi[illegible], huic enim satis providetur obligando ad resarcienda [illegible] post sententiam. Tandem in dubio melior est conditio possidentis, ergo licet dubium esset, an intentio [illegible] [illegible] obligare [illegible] sententiam, cum tamen de ea intentione non constat, non est cogendus aliquis in tali dubio restitu[illegible]

XVII [illegible]

XVII Ex quibus omnibus sat concludenter probatum manet, quod Titius dominus equi noxiosi, nec de jure naturæ, nec etiam de facto ex lege aliqua humana obligetur ad resarciendum damnum præter omnem sui culpam illatum Cajo, adeoque nec ante nec post petitionem ejusdem Caji teneatur in conscientia vel ad præstandam æstimationem equuli à suo equo occisi, vel ad hunc noxæ dedendum. Certè verò ad id præstandum obligatus sit in conscientia post judicis sententiam condemnatoriam.

Eundem casum ita proposuimus

Pamphilus duorum aureorum quantitatem, quam interpolatis vicibus Sempronio suo priori domino durante famulatu surripuerat, cum per se ipsum sine honoris nota resti- tuere non posset, tradidit in hunc finem suo Confessario Facundio, ordinis capucinorum, qui, priusquam pœnitentis desiderio satisfecisset, improviso est vita functus. Superior autem dictos nummos, quos defuncto de sua licentia detinere credebat, in utilitatem monasterij convertit, nec Pamphilum voluit audire, minusque ei credere. Ex qua facti specie oritur

* Dubium, an Pamphilus pro foro interno sit liber ab ulteriori onere restitutionis?

I Theologi loquendo de onere restitutionis communiter distinguunt inter rem debitam et rem debitam, debitorem et debitorem, etenim dicunt, debitorem ex re aliena, si res sit in individuo aliena, quoties illa sine ejus culpa perit, ad nihil ultra teneri, quia res quæ ita perijt perijt domino suo; si non erat in individuo, seu ut loquuntur jurisconsulti, in specie aliena, hujusmodi debitorem solum teneri in quantum factus est locupletior.

II Si verò quis sit debitor ex contractu, et non debet aliquid in specie, sed in genere, dicunt, eum non liberari ab onere [illegible], quia res illa, quæ perijt adhuc erat debitoris;

ergo

ergo debitori perit quomodocunque perit, nisi iste debitor eam ex voluntate creditoris dedisset alicui ab ipso designato, ut ad ipsum ferret: tunc enim iam creditori perit, qui tali modo vult debitum ad se perveniri.

III Quod si res in specie ex contractu debeatur, et absque culpa debitoris perijt, distinguunt contractum inter et contractum [illegible] culpam, quia debitor aliter ex uno, et aliter ex altero contractu obligatur, in uno enim potest teneri si res perijt, solum de culpa lata, in altero autem etiam de levi, et levissima.

IV Hæ, inquam, regulæ communiter statuuntur à Theologis circa ordinem restitutionis diversarum rerum diversorum debitorum; sed nulla ex his est adaptabilis nostro casui; Pamphilus enim noster ad restitutionem decem aureorum Sempronio suo domino faciendam nec tenetur ex re accepta, nec ex contractu aliquo vel quasi contractu sed tenetur ex delicto. Quomodo ergo respondebimus ad propositum dubium?

V Aliqui Doctores vulgo magni nominis existimati putant debitorem ex delicto, quando rem sive in specie alienam furto acceptam domino restituere debet, sive ad damni injuste illati valorem eidem refundendum tenetur, liberari à quocunque ulteriori onere restitutionis, si, quod debet, misit per nuncium, ut creditori restitueretur: nuncius autem sibi totum vel retineat vel à furibus ablatum est. Hanc sententiam tenet Diana tomo 1. parte 2. tract. 3. Miscellaneo resolutione 2 ubi ait eam tutam esse in praxi: eandem absolute amplectitur [illegible] de [illegible] Religiosa dub. 3. num. 8. et plures alij relati à Lessio cap. 16. dubit. 6.

VI Ex qua sententia [illegible] non inferri debitorem ex delicto multo magis liberari ab ulteriori obligatione si rem vel pretium debitum confessario dedit, ut creditori restitueret, ne infamiæ notam incurreret, quamvis vel confessarius non restituerit sed sibi retinuerit, vel apud ipsum res ipsa sine ulla ejus culpa perijt, vel ob aliam causam poenitentis creditori satisfacere nequivit.

VII Sed

VII Hec dicta sententia videtur esse destituta ratione, quia debitor in hoc casu facit ex parte sua quantum debuit, et potuit, et in terminis nostri casus proposita Pamphilus cum non posset restituere sine infamia ipsi Sempronio nec videatur notitiæ commodiorem modum restituendi invenire, quam quantitatem debitam suo confessario tradendo, ut hic eam restitueret eidem Sempronio, quid amplius potuisset facere prudenter operando pro sua obligatione extinguenda; igitur videtur esse liber a quocunque ulteriori onere restituendi quia jam fecit quod [illegible] [illegible] ergo in conscientia ad nihil amplius tenebitur.

VIII Quam rationem corroborat hæc animadversio: si creditor, qui in nostro casu est Sempronius expresse consensisset, ut restitutio hoc modo fieret, debitor Pamphilus procul dubio satisfecisset suæ obligationi quamvis ad Sempronium debita pecunia non perveniret; in terminis autem dicti nostri casus Sempronius in hoc implicite et actu debito utetur consentire; si enim interrogatus fuisset consensisset expresse, et debuisset consentire ut non alio modo restitutio fieret, cum Pamphilus supponatur non potuisse alio modo restituere absque famæ periculo; ergo non minus liberabitur quam si Sempronius expresse consensisset, tacit enim et expressi eandem solet esse vis juxta tritum juris principium.

IX His tamen minime obstantibus censemus Pamphilum adhuc esse obnoxium obligationi in conscientia restitutionis faciendæ Sempronio. Quia debitor ex delicto qualis est dictus Pamphilus ipsius injusta surreptione obligatus manet ad omne damnum et interitum quod domino supervenire potest ex eo, quod res injuste ablata fuerit, ergo quocunque res pereat, sive ex culpa nostri debitoris sive sine illa, debet id totum resarcire et dominum conservare indemnem sicut fuisset si res non fuisset ablata; cum ergo in nostro casu ex morte improvisa confessarii et incredulitate Sempronii [illegible] fiat, Sempronius adhuc damnum illud [illegible], [illegible] totum illud damnum adhuc in conscientia restituendum est a Pamphilo debitore ex delicto, quia per suum delictum ad totum damnum [illegible] obligavit, quod Sempronius passurus non fuisset, si Pamphili injusta surreptio non præcessisset.

Et hæc nostra decisio innititur sententiæ non minus communi quam veræ.

Ad fundamenta contrariæ sententiæ facile respondetur: quamvis enim debitor et in nostro casu Pamphilus fecerit quod potuit et [illegible] tradendo totum confessario ut restitueret: id tamen totum licet [illegible] ad vitandum novum peccatum, non tamen fuit satis ad [illegible] effectum [illegible] ex delicto contractum, quia ex [illegible] dominum indemnem [illegible]

Hec Congregatio fieri debebat 26 mensis januarij, sed dilata fuit in hanc diem ob itinera D. Graecentia in causa contra Ill.mo Cap.m Tusmini

Pro Congregatione diei 28 Mensis ~~Februarij~~ maij 1736

XIII.

Binum de more proposuimus casum, divino implorato auxilio ad utrumque decidendum procedimus.

Primum sic proposuimus.

* Titius, et Cajus illicite cognoverunt Bertam et non sierit

B. conjecture, aut rationes ad presumendum prolem magis esse ~~partum~~ unius, quam alterius, unde oritur

Dubium, Titiusne, an Cajus, num uterque, an neuter eorum teneatur alimenta prestare filio?

I Circa hanc facti speciem plures figurari possunt suppositiones, et primo ~~quidem~~, quod Berta quidem sit femina libera, sicut et Titius fornicator, Cajus vero sit conjugatus, et in hoc casu aliqui Doctores sentiunt, solum Titium ~~solum~~ teneri ad alimenta: quia in dubio benignius est pro filio judicandum, benignius autem judicatur si non tanquam adulterinus condemnetur, sed veluti filius naturalis illegitimus censeatur. Secundo potest supponi quod uterque eorum sit liber, Titius tamen et ditior, et nobilior sit Cajo: et in hoc casu aliqui contendunt utrumque quidem teneri ad alimenta prestanda, plus tamen deberi a Titio ditiore et nobiliore, quam a Caio minus divite, minusque nobili: quia ditior, et nobilior meliora alimenta tenebatur filio suo dare; atque ideo ex ea parte, qua dubium se tenet respectu nobilioris et ditioris, filius plus potest exigere, quam ab altero paupere, et ignobili. Sit tamen, aliis pluresque suppositiones omittendis, potest tertio supponi, quod vel Titius, vel Cajus, aut non possit, aut noluerit concurrere ad alimenta prestanda: ~~et~~ in hoc casu, juxta quorundam sententiam alterum teneri ad integra alimenta, olvenda in solidum.

II Verum ut ut in his aliisque suppositionibus Doctores varii varie sentiant ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~: nos tamen satis tutam credimus sententiam innixam

reinonkenns, jenvemego, ...

nec

innixam regulæ generali, juxta quam plures alii gravissimi Auctores tradunt, quoties non constat, saltem per præsumptiones, vel indicia probabilia, teneri esse filium Sempron. Sempronium non teneri ad ejus alimenta: et ideo simpliciter et absolute loquendo, censemus in nostra facti specie nec Titium, nec Cajum teneri ad alimenta præstanda

III Neque enim ulla est ratio, cur diversa debeat esse in nostro casu obligatio in foro interno, quam in externo, si non sit sicuti non est, in foro interno alia præsumptio, vel notitia veritatis; cum ergo filius sit actor, qui à patre alimenta petit, non potest id obtinere, quandiu non probatur, Titium

I vel Cajum sejunctim esse patrem talis filii: igitur dum res perseverat dubia et non probata, reus absolvendus erit, non solum in foro externo, sed etiam in interno, cum non sit major ratio in hoc, quam in illo.

IV Hoc nostrum assertum etiam à posteriori potest ita probari: Theologi, ut ostendant malitiam intrinsecam, quam habet peccatum simplicis fornicationis, hanc rationem communiter afferunt: quia nimirum proles ex fornicatione concepta exponitur periculo non habendi certum patrem, à quo ali, et educari debeat, quod est contra finem generationis humanæ, quæ ordinatur non solum ad procreationem sobolis, sed ad

I talem sobolem, quæ juxta humanam naturæ conditionem debito modo ali, et educari possit ac debeat. Supponunt ergo Theologi ita communiter ratiocinantes, cessare illam obligationem alendi, et educandi prolem, quoties pater incertus est de sua sobole: alioquin, si uterque v.g. ex patribus dubiis, ad præs. obligetur, non careret vere proles ex fornicatione concepta commoditate illa, ob cujus defectum illicita censetur esse fornicatio. Cum igitur in nostro casu ita perfectum sit dubium, ut nulla conjectura sit, aut ratio aliqua ad præsumendum magis esse prolem Titii, quam Caii, concludendum neutrum teneri ad alimenta præstanda filio.

V Atque ut rem evincitur argumento à simili: quia si aliquis inveniatur occisus, et dubitetur, an occisus sit à Petro, vel à Paulo, nec possit dubium illud separari; iniquum foret utrumque

[illegible]

[illegible] ex [illegible] contractum [illegible] quia ex [illegible]

utrumque punire; cum certum esse supponeretur, alterum ex illis non occidisse; atque adeo, si uterque puniretur certum foret, non occisorem puniri. Ex hoc autem argui potest ad nostrum casum hoc pacto: licet restitutio, vel solutio non sit proprie pena; est tamen quasi pena: nam sicut ex furto ing. oritur debitum pene, sic etiam oritur debitum reparandi totum damnum, quod ex furto consequitur. Unde sicut ob delictum incertum non est aliquis afficiendus pena certa. sic nec obligandus est ad certam solutionem, et restitutionem, quandiu non constat de debito.

VI. Demum confirmatur ex alia doctrina communi Theologorum, qui dicunt, non posse aliquem occulte sibi compensare ex bonis debitoris, nisi debitum ipsum sit certum: quia in dubio non est spoliandus debitor re sua, quam possidet, ut omnia jura disponunt. Unde infertur non posse filium illum incertum an Titius, an vero Cajus sit ejus pater, clam accipere ab alterutro partem suorum alimentorum, cum nequeat dici debitum certum, nec respectu unius nec respectu alterius, adeoque exponeret se periculo alterutrum spoliandi rebus, quas possidet, et non debet: ergo nec Titius, nec Cajus ex se debet partem illam dare alioquin posset filius eam sibi occulte accipere, quando aliter non posset eam obtinere.

VII. Nec juvat in contrarium ita ratiocinari: quando certum est rem esse hujus, vel illius, dubitaturque an pertineat ad hunc, vel illum, si neuter possideat, dividenda est inter illos: ergo e contra, quando dubitatur, quis debeat hæc alimenta, et certum est ab uno ex duobus deberi, dividenda erit obligatio inter utrumque. eadem enim videtur esse ratio in utroque casu. Non, inquam, valet ita ratiocinari; sicut concedimus antecedens ita negamus consequentiam: et differentia inter unum et alterum casum est clara; quia in primo casu neuter possidet et ita nemo spoliatur re sua absque probatione, sed potius utrique aliquod lucrum datur propter illam incertam actionem quam habet: in nostro autem casu uterque parens incertus possidet:

respondendo, censemus, singulos non teneri graviter:

nec

possidet sua bona, quibus absque certa probatione spoliaretur, vel saltem cogeretur certam quasi pœnam propter delictum incertum et certam solutionem præstare pro debito incerto, et non probato.

VIII Si verò quis diceret, æquitatem non pati, ut in eo dubio filius ille maneat omnino destitutus subsidio patris. Nos respondebimus, nec etiam æquum esse, ut aliquis cogatur ex parte agnoscere, et alere ut proprium filium, quem non scit esse suum: quare suo infortunio imputare debet filius, quod propter incertitudinem patrem suum non agnoscat à quo exigat subsidia paterna.

N.B.* Sic etiam quando v.g. decem patres exposuissent singuli suos filios, et unus solus vivus superesset, non tenerentur singuli concurrere ad ejus alimenta si nemo sciret illum esse suum filium, quia incertitudo impedit eum ab agnoscendo suo parente.

IX Nec demum obest sequens argumentum: si duo seorsim, [illegible] casu sagittas projiciant injustè, quarum una interficit servum Petri, licet ignoretur, cujus sagitta interfectus sit, singuli tamen debent compensare illud damnum pro quantitate dubii; cum constet utrumque causam injustam illius damni apposuisse, ab illisque damnum provenisse. Igitur cum in casu nostro singuli sua fornicatione, vel adulterio, damni, seu generationis causam dederint, et constet ex illis prolem genitam, licet ignoretur à quo determinatè; debent singuli pro quantitate dubii damna illa compensare, et alimenta solvere.

X Non, inquam, obest hoc argumentum, cui siquidem potest dupliciter responderi: et primò negari posset antecedens, nam licet in eo casu possent singuli puniri partialiter, non tamen deberent restituere. Ratio differentiæ est, quia ex punitione partiali non sequeretur, quod aliquis innocens puniretur, uterque enim deliquit projiciendo sagittam cum periculo occidendi: quare singuli possent puniri, non quidem pœnâ homicidii, sed solum pœnâ, quam meretur projectio sagittæ cum periculo occidendi. Unde sic retorqueri potest argumentum: in eo casu non possent singuli puniri pœnâ homicidii, cum reuter

[illegible] ex [illegible] contractum quia ex [illegible] [illegible] indemn[illegible]

reuter convinceretur; ~~et~~ aliquin puniretur aliquis ut homicida cum tamen non esset homicida: igitur nec in casu nostro debent singuli restituere, vel solvere, quia restitutio non correspondet etiam ex parte causæ injustæ positæ, effectu non secuto; sed solum quando sequitur effectus; ergo si uterque cogeretur alimenta præstare aliquis cogeretur innocens, et absque obligatione solvere. ~~[illegible]~~ sic ~~[illegible]~~ ergo potest ~~[illegible]~~ primo respondi.

XI Verum melius nobis placet hæc altera responsio: concedimus antecedens, et negamus consequentiam: quia in casu projectionis sagittæ uterque intulit certo damnum ipso jactu sagittæ, eo quod uterque privavit dominum ~~[illegible]~~ jure exigendi restitutionem ab occisore certo sui servi: quare uterque debet certo restituere partem pretii, quia uterque sua injuria damnum certum intulit. At vero in casu nostro nulla facta est injuria, cum proles acceperit potius beneficium, quam injuriam pro qua sit restituendum.

XII Quamvis autem teneamus neutrum parentem perfecte dubium ~~[illegible]~~ esse adstrictum obligatione alendi prolem dubiam, ob rationes hactenus adductas; contrarium tamen credimus esse dicendum circa obligationem restituendi marito, et filiis legitimis saltem quo ad partem, pro damno illis illato ex prole adulterina; quia ut paulo ante dicebamus in exemplo sagittæ projectæ, singuli sua actione injusta fuerunt in causa, ne certus auctor damni agnosceretur, et per consequens saltem quo ad partem videntur ex injusta actione restituere debere: singuli enim certam injuriam intulerunt, et damnum aliquod, nempe vel prolem adulterinam, vel incertitudinem ductoris, qui solvere teneretur ea damna: e contra vero respectu ipsius prolis nemo probatur damnum aliquod intulisse, et ideo diximus neminem ei teneri alimenta præstare.

XIII Inde infertur, non esse universaliter verum, quod, ut supra retulimus tenent aliqui Doctores, nempe in dubio præsumendum esse filium potius naturalem, quam spurium, si genitus ab hoc esset illegitimus naturalis, genitus vero ab illo esset v.g. adulterinus. Hoc, inquam non est omnino verum, quia licet in dubio nemo damnandus sit, et ideo, dum non constat esse spurium, non sit [illegible], censemus, singulos non [illegible] [illegible]:

nec

non sit declarandus spurius: Sed neque etiam in dubio declarandus erit Naturalis, dum id positive non constat, quare in eo statu nec repellendus erit positive ut adulterinus in ijs casibus, in quibus adulterini repelluntur; nec admittendus erit positive ut ~~[illegible]~~ naturalis in ijs casibus, in quibus soli naturales admittuntur.

Secundum casum brevissime sic proponimus. III

Sempronius, emisso voto simplici castitatis, Agnetem virginem

B: defloravit sub pacto conjugii: Unde oritur

Quaerium, ad quid teneatur in conscientia?

I Videtur dicendum Sempronium non teneri matrimonium inire cum Agnete

I adeoque voti obligatione adhuc esse simpliciter adstrictum; Nam obligatio posterior non potuit priori voti obligationi derogare sic sponsalia posteriora, etiam accedente copula, non possunt prioribus derogare: Deinde, non tenetur ducere ratione promissionis;

B. haec enim cum fuerit rei jam illicitae contra votum valida non fuit: Sed nec tenetur ratione injuriae, et damni illati; quia defloratio injusta absque promissione non inducit determinate obligationem ducendi, sed vel ducendi, vel damnum aliter compensandi: in nostro autem casu defloratio censetur fuisse sine promissione matrimonii, cum promissio non fuerit valida, votum enim ~~[illegible]~~ igitur Sempronius adstrictus erit duntaxat obligatione compensandi damnum illatum, non vero ducendi Agnetem: et per consequens adhuc tenebitur observare votum praecedenter emissum. IV

Caput ex 22 illud Exodi ~~[illegible]~~ Si quis virginem [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] dotabit eam, et habebit eam uxorem

II Alii tamen minus ~~[illegible]~~ censemus, Sempronium, non obstante voto simplici castitatis praecedenter emisso, teneri matrimonium inire cum Agnete; quia debitum Sempronii, quod ex delicto deflorationis sub pacto conjugii contraxerat, adeo potens est, ut praevaleat obligationi voti praecedenter emissi: quod ita probamus. obligatio voti simplicis provenit solum ex libera voluntate gratuita voventis, qui ipse lege sua privata imponit sibi talem obligationem: non potest autem aliquis velle se obligare tali genere obligationis in praejudicium juris alieni, quia non potest ipse propria auctoritate alieno juri derogare. Quare haec videtur esse differentia inter obligationem, quae nascitur ex injuria, et illam V

[illegible] ex [illegible] contractum, quia ex [illegible]

ad illam, quae nascitur solum ex propria voluntate, ut illa potentior sit, quam lex. Hinc est, quod si quis voveat Religionem, et ejus pater sua opera graviter postea indigeat, debeat pati aestate non obstante voto, quia non potuit propria auctoritate juri paterno praejudicare, quod ipse pater habet independenter a voluntate filii.

III Cum ergo in casu nostro obligatio posterior ex defloratione sub spe conjugii, non oriatur ex voluntate sola gratuita promittentis, sed ex jure, quod ratione delicti acquisivit Agnes virgo deflorata, non potuit votum, cujus obligatio proveniebat tota ex voluntate voventis, huic juri alieno praejudicare. Sicuti si quis vovisset relinquere haeredem aliquam Ecclesiam, et postea ei nascantur filii, non potuit voto praecedente praejudicare juri posteriori filiorum. Igitur nec potest quis per simplex votum castitatis antecedens praejudicare juri, quod ex delicto alii postea acquirent contra ipsum. Ridiculum enim esset votum, quo aliquis diceret promitto dare pauperibus omnia, quae ratione delicti debebo postea aliis dare; hoc enim si liceret, pateret via liberandi se ab omni restitutione ob delictum, tanto [illegible] pauperi [illegible] facto prius voto dandi id totum pauperibus.

IV Nec obstat prima ex rationibus in contrarium praeadductis; etenim negamus semper priorem obligationem praevalere posteriori, siquidem ea lex regula fallit, quando prior obligatio fundatur solum in eo quod alterius juri praejudicare non potest, qualis est obligatio voti, ut diximus.

V Ad exemplum vero, quod afferebatur de sponsalibus prioribus, quibus non praevalent sponsalia posteriora, etiam sequuta copula, et damno illato, licet tripliciter possemus respondere, ~~[illegible]~~, facilius tamen, et brevius juxta supradictam rationem istam respondebimus: sponsalia priora non cedunt sponsalibus sequentibus etiam cum copula, quamvis votum cedat, quia obligatio sponsalium non oritur ex ~~[illegible]~~ voluntate promittentis, sed ex facto alterius; est enim contractus synallagmaticus et ultro citroque onerosus, in quo singuli emunt obligationem alterius propria obligatione: quare obligatio non imponitur a solo promittente, sed oritur facto ipso, et ex re, quam pro pretio accepit, ex natura, quae obligat iterum repromittendo, jam semel, singulos non [illegible] [illegible]:

nec

ipsum ad ponendum consensum ex parte sua, et ad ponendum
promissum sub pretio: quæ natura derogare poterit juri sequenti
alterius, nisi hæc fortius fuerint, ut contingit, quando aliquis superiori
potens adhuc obligare præcipit postea contrarium. Unde infe-
rimus, si non fuissent sponsalia priora, sed solum simplex
promissio matrimonii gratuita a virgine acceptata et præcise
quæ talis, et postea sequerentur sponsalia cum copula, ingualitate
pene secundam obligationem priori, quæ cum supponeretur
fundata in sola voluntate promittentis, non posset præjudicare
juri alieno orto postea ex ipsa natura contractus, et damni illati.
VI Nec etiam obstat ratio posterior; quia, licet non oriatur obligatio
determinate ducendi virginem vi oppressam absque promissione,
sed vel ducendi, vel alio modo reparandi damnum, oritur tamen
ejusmodi obligatio ducendi, quando corrupta fuit sub promissione
conjugii, etiamsi præcederet votum castitatis: quia licet habens
tale votum non possit matrimonium promittere, atque ideo promis-
sio ~~[illegible]~~ sit nulla, et proinde judicandum esset, ac si non
esset promissio, sed sola defloratio injusta: re tamen vera
illa promissio externa variat casum et obligationem, stante de-
floratione facta sub pacto conjugii, etiam nullo.
VII. Ratio autem est, non quia tenebatur deflorator adhibere verum
consensum, et obligationem ex parte sua, ob quam rationem
jam alias diximus promittentem ficte matrimonium teneri
ducere feminam sub ea spe corruptam, quia tenebatur vere
[illegible] hereditas non obstante venditione
[illegible] translationis [illegible] remanet
[illegible] jus hereditatis et hereditas ipsa in [illegible]
juris considerata, [illegible] heredi, non autem
emptori competens [illegible] jure accrescendi obvenerit
XXIII Tandem nec [illegible] hereditatis venditae [illegible] [illegible]
quae [illegible] emolumentis [illegible] ad quae
[illegible] non erat jus qualitum, saltem [illegible]
proxima; hoc modo [illegible] [illegible] non erat
jus qualitum [illegible] portionis hereditatis Caii tempore
quo suam portionem vendidit Maevio. Itaque [illegible]
nunquam [illegible] vendidisse nec vendidit [illegible]
hereditatis postea à Caio repudiatae [illegible]
[illegible] ad [illegible] Titium [illegible]

* Titius emit a Sempronio servum [illegible] pro
pretio quadringentorum, et quinquaginta: [illegible]
post, ulterius servum vendere [illegible] 2. [illegible]
[illegible] venditione, erga restitutionem [illegible]
[illegible] servum, simulque petit fructus a [illegible]
interea [illegible] sibi restitui: [illegible]
Dubium an [illegible] petitio a Sempronio [illegible]
[illegible] vocatum.

I. Ut resolutio [illegible] progrediamur ad quaestionem [illegible]
cujus occasione plura in praxi utilia occurrent notan-
da: Non raro in contractu emptionis [illegible] certo
quodam [illegible]. [illegible] circa eas pro utroque foro
interno, et externo, preliminariter ad casus [illegible]
non incongrue [illegible].

II. Quando venditor rei vendendae tale vitium occultat, ob
quod ad usum [illegible] intentum inutilis vel saltem
inutilis est res empta, adeo, ut si vitium illud scivisset
emptor, rem utique non emisset, ex edicto aedilitio de
quo in [illegible] e aedilitio edicto, proditur actio redhibitoria
emptori contra venditorem, ad redhibendum [illegible] est ad
[illegible] habendam rem venditam, et e contra ad [illegible]
[illegible] integrum [illegible] perinde ac si nullus in-
tercessisset contractus. Ut autem haec actio [illegible] emptori
contra venditorem, requiritur, vitium occultum a venditore
non manifestatum revera esse notabile [illegible], ut
[illegible] et usum ad quem res emitur [illegible] vel
saltem notabiliter [illegible] efficiat.

III. Ex eodem edicto aedilitio proditur etiam actio quanto minoris,
quae tunc competit emptori contra venditorem, quando
ab eo emit rem tali vitio occulto laborantem, quod usum
finemque intentum non impediat, adeoque rem ipsam
nihilominus emisset, minori tamen pretio; tantum
enim in hoc casu debet a venditore restitui emptori quanto
minoris emisset, si vitium scivisset.

IV. [illegible] hae actiones, pro foro externo prodita,
elapso anno intentari nequeant, pro foro tamen interno

[illegible]

semper manet obligatio restituendi, vel compensandi, si
eo unus contrahentium alterum inique decepit, vel
circumvenit, ut docet Molina disp. 352 concl. 2.
Covarruvias ... parte ... cap. 4 n. 5, atque
communiter ... cap. peccatum, de regulis juris in 6.

V. Si vero laesio contingat in pretio, nemini succurritur in
foro externo, seu Civili seu Canonico per actionem
contra laedentem intentandam, nisi sit laesio ultra IX
dimidium. Et de jure Civili certum est apud omnes, ob
expressam dispositionem celeberrimae l. 2. Cod. de rescind.
vend., ubi habetur, neque bonam fidem, neque ullam
rationem concedere rescindi contractum, nisi minus dimidio
justi pretii quod fuerat tempore venditionis, datum est.

VI Ratio autem hujus legalis dispositionis est, ne nimium multi
licenter litigent: cum enim hujusmodi laesiones in pretio
sint frequentissimae et quasi quotidianae, Tribunalia
litibus continuis obruerentur, si cuivis ob quamcumque laesionem
actio concederetur; unde merito jura statuere,
quod nisi laesio ultra dimidium esset, nullus in
foro externo audiretur.

VII Idemque procedere etiam pro foro externo Canonico, probabi-
liter ... cum ... et ex ... cum ... de emptione X
et venditione ... legi Civili conformiter, nonnisi de
ultra dimidium conceditur actio contra laedentem: nec
extat ullus Canon ... infra dimidium laeso actionem con-
cedens, vel ... quid contrarium in hoc statuens;
Leges autem Civiles non contradicentes Sacris Canonibus
etiam in foro ecclesiastico sunt servandae; nam
ut dicit Summus Pontifex in Cap. 1 de novi operis
nunt. sicut leges non dedignantur Sacros Canones
imitari; ita et Sacrorum statuta Canonum Princi-
pum constitutionibus adjuvantur, quod bene proba-
tur procedere, quando ratio dispositionis civilis
pro foro ecclesiastico militat, qualis est ratio de litium
nimia multitudine vitanda.

VIII Si nimirum autem nec in foro externo ... conce-
datur actio propter laesionem infra dimidium, ei tamen
succurr...

succurritur per viam denunciationis Evangelicae:
eatenus videlicet, quatenus, si qui laesit admonitus
non restituat, denunciari potest judici ecclesiastico,
ubi manifeste potuerit hujusmodi denunciatione) qui
eumdem laedentem per censuras, et alias poenas ad
id compellere valet; ad quod sub reatu mortali
tenetur arg. cap. 3. ex de judiciis.

IX Verum non obstante, quod in neutro foro externo concedatur actio contrahentibus in pretio, nisi laesio sit ultra dimidium. In foro interno tamen quivis etiam intra dimidium laedens tenetur ad restitutionem, etsi ex ignorantia et bona fide laeserit, ut docet S. Thomas 2. 2. quaest. 77. art. 1. cum quo communis theologorum sententia concordat; sic enim exigit justitia commutativa, quae in contractibus omnino servari vult aequalitatem; siquidem jure naturae aequum est neminem cum alterius detrimento et injuria fieri locupletiorem, juxta Reg. 206. ff. de Regulis juris, nisi tamen laesio fuerit adeo modica et levis, ut potius spernenda sit, quam [illegible] ex rationabili et praesumpta mente, ac voluntate utrorumque contrahentium.

X Itaque in casu a nobis proposito Sulpicius, qui emerat a Cornelio fundum valentem mille ducatis pro pretio quadringentorum et quinquaginta, tam bona fide contrahens tenebatur in conscientia ad supplementum usque ad justum pretium, primum statim ac agnovit laesionem [illegible] intercessisse, quod cum per biennium praestare distulerit, jure contra eum uti potuit Cornelius l. 2. Cod. de rescindend. vend. vi cujus emptor [illegible] venditorem [illegible] actio [illegible] ut sibi [illegible] vel ipsum restituat rem eidem venditam vel certe pretium suppleat, venditori nempe [illegible] electione; cum itidem ipse Sulpicius elegerit restituere fundum, hunc legitime recuperavit Cornelius erga restitutionem pretii a [illegible] quadringentorum, et quinquaginta. XI. [illegible]

XI Sed cum a Cornelio simul etiam fuerint petiti fructus, quos
percepit Lucius intra biennium, merito de hujus [illegible]
tionis justitia potest dubitari num videlicet, et
nos biennium [illegible], Lucius petitos a Corne[lio]
fructus in conscientia restituere teneatur?

XII. [illegible] alio in casu nostro contigisset dolo, vel mala fide
Lucii emptoris, emptio venditio ipso jure foret nulla,
aliaque Lucius emptor teneretur in conscientia non
[illegible] etiam fructus perceptos omnes restituere
fructus autem intelligantur deductis impensis. Ratio
est, quia quandocunque dolus dat causam contractui
bonae fidei, qualis est emptio venditio, contractus est ipso
jure nullus, ex L. eleganter, juncta Glossa XV [illegible]
[illegible] ff. de dolo malo; ubi autem contractus est
nullus emptor nullum acquirit rei emptae dominium
[illegible] habet titulum justum fructus
[illegible] suos.

XIII. [illegible] tamen in hujusmodi suppositione Cornelius venditor
[illegible] restitutionem fundi; sed elegerat pretii supple-
[illegible] ~~[illegible]~~ teneretur ad id Lucius emptor dolosus,
[illegible] juris dispositio annullans contractum cui causam
[illegible] dolus, favet decepto, et non habeat doloso,
siquidem fraus et dolus nemini patrocinari debet
juxta elementaria utriusque juris principia.

XIV [illegible] vera videtur debere suppon[i] in nostra
[illegible] nullum dolum Lucii emptoris, nullamque
ejus malam fidem dedisse causam contractui, sed
hunc bona fide fuisse initum, quia nempe tam
[illegible] quam Lucius vel ex simplicitate vel ex
imperitia ignorabant justum pretium fundi; [illegible]
non nullum est [illegible] dubii motivum.

XV [illegible] tum in suppositione dolum, malamque fidem [illegible]
videtur dicendum, Lucium petitos a Cornelio fructus
in conscientia restituere teneri. Nam Lex 1. Cod. si
major factus alienation[em] [illegible] aut in arbitrio emt[oris]
[illegible] an velit [illegible] cum fructibus rest[i-]
tuere [illegible] quod, si emptor noluerit
pret[ii]

pretij supplementum praestare ... cogatur rem restituere ... eam restituere debeat cum fructibus; quia igitur in casu nostro ... emptor noluit pretij supplementum dare, ... restituere ... tenetur cum fructibus restituere debebit.

XVI Eadem ... in § 6. et § 10. ... ubi ... de lege commissoria, ex ... quam etiam ... § 5. ... lege commissoria, ... quod resciso contractu teneatur emptor ... rem una cum fructibus restituere; igitur etiam in nostro casu, in quo agitur de contractu resciso ob laesionem ultra dimidium, ... emptor, qui tandem rem restituere ... eam una cum fructibus restituere ... Cum autem praefatae leges non tantum in ... non sint poenales sed sint directivae, ... naturalis explicativae, quemadmodum sunt justa ... pro foro externo, in interno ... sunt ...; ideo ... emptor non solum pro foro externo, sed etiam in conscientia tenebitur petitos a Cornelio fructus restituere.

XVII Praefatis tamen non obstantibus, dubium a nobis propositum ... pro certo censemus, ... petitos ... a Cornelio fructus in conscientia restituere non teneri, sed eos in utroque foro posse retinere. ... nostra ... doctrina gravissimorum doctorum, ... Gutierez, quaestionum ... part. ... n. 13. Molina ... disp. 3... cap. ... lib. 15. aliorumque quamplurimorum.

XVIII ... veritas ... ac comprobatur evidenti ratione, quia ... emptor, toto illo biennio fuit verus ... quamvis enim emptio venditio, ob laesionem ... dimidium ... rescissa ... recurrens ad remedium l. 2 Cod. de rescindenda venditione, tamen semper verum est quod contractus ab initio fuerit validus, et nulla conditione resolutiva ..., adeoque si postea fuit rescissus, rescissio haec facta est nunc pro nunc, ... pro ...

vo tum, vel nulla ratione temporis motae actionis
non vero temporis initi contractus.

XIX. Si autem contractus ab initio fuit absolute validus, et ve-
[illegible] emptor [illegible] continuavit usque ad velitionem
proposito [illegible] emptor fuit et [illegible] continuavit es-
se verum, ac legitimum dominum fundi per totum bienni-
um, et consequenter jure suo percepit omnes fructus, eosque
suos fecit sine ulla obligatione restitutionis, [illegible]
[illegible]: idque postulante aequitate naturali, quae
[illegible], ut ejus sit commodum, cujus est periculum, et
incommodum; quemadmodum autem de jure [illegible]
[illegible], suo periculo perijsset fundus, si calamitate vel
torrente perijsset; ita de jure suo legitimo possessor
[illegible] interea fructificasse. XXI

XX. [illegible] obtenta restitutione [illegible] versatur circa remedium
[illegible]; [illegible] autem fuit commissa duntaxat circa
[illegible]; non vero circa fructus, qui tempore
[illegible] in rerum natura non erant. Quamobrem
[illegible] dispositio [illegible] si fraudator [illegible] non solum
[illegible] in fraudem [illegible], ut alienatio fraudu-
[illegible] non [illegible], [illegible] tempore perceptos
[illegible] in restitutionem, ex ratione, quod non
[illegible]: ut in nostro casu non [illegible]
[illegible] vendit fructus tempore quo Cornelius et [illegible]
emptionem [illegible] injenent.

XXI. Probatur etiam [illegible] specialiter ex cap. ad
[illegible] de rebus [illegible] non alienandis, ubi ob
enormem [illegible], [illegible] ex venditione [illegible]
[illegible] illatum est, jubetur emptor recepto pretio
[illegible] restituere, fructus autem interea perceptos
[illegible] permittitur, cum sibi fructus percipit sufficere
[illegible] pro labore, igitur a pari [illegible] emptor
in nostro casu restituens fundum ob enormem
laesionem quae in ejus emptione intercessit, non
[illegible] simul restituere fructus interea percep-
[illegible] sibi retinere [illegible] in utroque foro.

XXII. Si igitur obstat restitutioni [illegible]

jactus [illegible]; Nam in casu hujus legis laesio [illegible]
intervenit. Non quod res minoris absque dubio
justo fuerit vendita: ex quo contractus fuit ipso jure
nullus: Secus quod contigerit laesio ultra dimidium.
quia tamen minor latus, postea major factus ratifica-
vit venditionem ignarus, quod valeat rei pacta [illegible]
invalida, emptori fuit concessa electio, vel supplere
pretium, vel possessionem cum fructibus restituere;
quia enim si ratificatio secuta non fuisset, laesus
emptor vi prioris vitii contractum annullantis, praedium
cum omnibus fructibus necessario, et absolute restituere,
prout cum aliis observat [illegible] 2 part. q. qual.

XXIII Nec etiam obstant postea allegatae Leges; etenim diversitas
est, quia si emitur res cum pacto additionis in diem
vel cum pacto legis commissoriae, item si ratione
redhibitoria resolvitur contractus, reducitur res in eum
statum, ac si empta non fuisset, nec aliquis contractus
extitisset, et proinde omnia ita in integrum restituun-
tur, ac si neque emptio neque venditio intercessisset.
Contra vero quando ob laesionem ultra dimidium
contractus rescinditur, res non reducitur ad eum statum,
ac si empta non fuisset, sed ipse contractus, qui
fuit validus, rescinditur, et quidem nunc pro nunc,
non autem nunc pro tunc, ut paulo ante dicebamus.

Pro Congregatione habenda die 26. Septembris 1741.

Casus I.

Titius, qui per triennium vixit in Concubinatu, morbo correptus, peragit confessionem sacramentalem, obtinetque absolutionem, facta protestatione, se nolle amplius tangere concubinam, sed eam retinere duntaxat pro domus gubernio. Hinc vocatur Parochus, ut Titio deferat SS.mum Eucharistiæ Sacramentum; ipse tamen venire renuit, nisi prius e domo fuerit dimissa concubina. Unde oritur

Dubium an Confessarius male fecerit impertiendo Absolutionem Titio: et Parochus bene fecerit negando eidem deferre Eucharistiæ Sacramentum?

Ut primum ex casibus pro hodierna Congregatione per nos propositis, ea, qua par est, claritate, ac utilitate decidamus, quædam prius discutere oportet, circa obligationem vitandi occasionem peccati.

Celebri divisione occasio peccandi dividitur in proximam et remotam, etsi facile non sit cognoscere, ac determinare, quæ reipsa sit occasio remota, quæ proxima. Utraque paucis verbis sic solet communiter explicari. Occasio proxima est illa, in qua quis frequenter peccat; remota vero, in qua raro. Verum eas occasio, quæ uni est remota, alteri potest esse proxima, et e contra; si videlicet hic, et non ille frequenter in lapsum respective inducatur, vel non inducatur.

11 Hæc autem frequens, vel infrequens in lapsum inductio provenit a diversitate periculi ad peccandum. Ut igitur clarius innotescat, quæ sit occasio proxima peccandi

Pro Congregatione habenda die 26 Septembris 1741.

Casus I.

*Titius, qui per triennium vixit in Concubinatu, morbo correptus, peragit confessionem sacramentalem, obtinetque absolutionem; facta protestatione, se nolle amplius tangere concubinam, sed eam retinere duntaxat pro domus gubernio. Hinc vocatur Parochus, ut Titio deferat SS.^mum Eucharistiæ Sacramentum; ipse tamen venire renuit, nisi prius e domo fuerit dimissa concubina. Unde oritur

Dubium, an Confessarius male fecerit impertiendo Absolutionem Titio: et Parochus nunc fecerit negando eidem deferre Eucharistiæ Sacramentum?

I Ut primum ex casibus pro hodierna Congregatione per nos propositis, ea, qua par est, claritate, ac utilitate decidamus, quædam prius discutere oportet, circa obligationem vitandi occasionem peccati.

II Celebri divisione occasio peccandi dividitur in proximam et remotam, etsi facile non sit cognoscere, ac determinare, quæ reipsa sit occasio remota, quæ proxima. Utraque paucis verbis sic solet communiter explicari. Occasio proxima est illa, in qua quis frequenter peccat; remota vero, in qua raro. Verum eas occasio, quæ uni est remota, alteri potest esse proxima, et e contra, si videlicet hic, et non ille frequenter in lapsum respective inducatur, vel non inducatur.

III Hæc autem frequens, vel infrequens in lapsum inductio provenit a diversitate periculi ad peccandum. Ut igitur clarius innotescat, quæ sit occasio proxima

peccandi,

peccandi quæ remota, necessario debet explicari, quid, et quotuplex sit periculum peccandi. Credimus non posse melius exponi, quid sit periculum peccandi quam dicendo illud esse motivum inclinans ad futuritionem peccati; itaque omne peccandi periculum duo includit, motivum nempe inclinans tanquam intrinsecum constitutivum periculi, et futuritionem peccati velut terminum ejusdem motivi inclinantis.

IV. Peccandi periculum ita explicitum primâ sui divisione tripartim dividitur; est enim aliud certum, aliud probabile, aliud leve. Certum est, quod certitudine morali infert futuritionem peccati, quando scilicet quis prudenter firmiter sibi persuadere peccatum esse futurum in statu præsentium circumstantiarum. Sic in certo periculo peccandi est constitutus ille, qui propriâ experientiâ ductus, certo sibi persuadet, cum ingressus fuerit talem domum, se in peccatum luxuriæ lapsurum. Et ita certum mortis periculum dicitur tunc, quando infirmitas adeo gravat hominem, ut plures periti medici de vita ejus desperent. Similiter quando quis incidit in leonem sævientem, dicitur esse in periculo certo subeundæ mortis.

V. Periculum probabile est, quando adsunt rationes graves, et probabiles, quæ suadeant lapsum futurum. Ut cum quis timoratus, fragilis tamen, probabiliter credit, in illis circumstantiis se fragilitatem suam vincendum, contra timorem Dei, qui ei mediocriter est insitus. Sic probabile mortis periculum est, dum infirmus ita gravatur, ut, licet non omnino a peritis medicis de vita ejus desperetur, adhuc tamen corrupti humores inclinent ad mortem. Pariter probabile mortis periculum est respectu illius, qui pedester ambulat in sylva, et audit a fide dignis dicendi ab illinc partibus sævire leonem; quamvis enim non ingerrat periculum certum mortis, subit tamen periculum probabile, ob vicinitatem sævientis leonis et certam fugam, quam pedester homo cavere potest.

VI Periculum

VI Periculum leve autem est, quando nullum adest motivum inclinans nec certo nec probabiliter ad repetitionem pecc. 742.
sed datur tantum aliquod motivum leve, super quo fundatur suspicio vel timor peccati futuri; et hujusmodi peccandi periculum est frequentissimum, etiam respectu illorum qui magno Dei timore afficiuntur. Sic leve peccandi periculum est in qualibet humana societate, in qualibet mercatura, in qualibet conversatione virorum et mulierum; adeoque qui vellet etiam leve peccandi periculum vitare, deberet ex hoc mundo exire.

VII Est item peccandi periculum aliud intrinsecum, quod oritur a propria fragilitate, vel a consuetudine, et habitu vitioso; aliud extrinsecum, ita dictum ab extrinseca occasione inducente ad peccandum, ut est amici prava suasio, feminae illecebra; aliud mixtum, quod componitur ex utroque videlicet ex propria intrinseca fragilitate et habitu vitioso, adjuncta extrinseca occasioni.

VIII. Atque hinc oritur alia divisio, per quam peccandi periculum dividitur in materiale et formale. Primum est ipsa occasio, seu circumstantia extrinseca quae inclinat vel provocat ad peccatum; alterum est illud, quod consideratis omnibus circumstantiis tam extrinsecis, quam intrinsecis, inclinat, vel provocat ad peccandum.

IX. Haec autem distinctio periculi materialis et formalis peccati debet necessario attendi, ut possis bene discernere quando et quomodo periculum formale transeat in materiale, ut nonnunquam accidit. En exemplum: Petrus ingressurus domum, in qua consuevit luxuriose peccare, habuit apud se propositum tacide et remisso nolle peccare: Paulus ingressurus in similem domum et occasionem, ex causa necessaria, Dei timore perculsus, poenitens praeteritorum peccatorum, elicit intensissimum propositum non peccandi, et rogat Deum cum magna fiducia obtinendi ab eo speciale auxilium.

X Ecce uterque constitutus est in consimili proxima materiali occasione

occasione peccandi, sed non uterque incurrit periculum formale labendi in peccatum. Petrus debilis procul incurrit periculum formale. Nam propositum non peccandi tenuitatem, et pœnitentiam, praesertim in eo in quo passionis vehementia vel pravi habitus intensio praevalet, similisque ei, non extenuat formale peccandi periculum. Paulus e contra non incurrit periculum formale peccandi, si nimirum magna soleat esse ejus constantia in propositis servandis, et continuandis precibus ad Deum; ea siquidem firmitate voluntatis et in Deum fiducia roboratus, ita extenuat formale peccandi periculum, ut illud remaneat in solo materiali peccandi periculo, seu in sola occasione extrinseca. Ex quo factum est, ut periculum formale peccandi convertatur in materiale: et occasio proxima peccandi desinit esse proxima per virtutis actus, destructivos periculi formalis peccandi.

XI Demum peccandi periculum aliud est voluntarium, aliud involuntarium seu necessarium. Voluntarium est quod ita est in potestate hominis, ut illud, tum physice, tum moraliter deserere possit, et auferre. Involuntarium est quod aut physice est necessarium, ut cum quis violentia satellitum inducitur in carcerem, in quo est concubina vel infestus inimicus, aut est necessarium moraliter, quando scilicet, aut sine peccato, aut sine valde gravi incommodo deseri non potest, ut quando mancipium, vel famulus, obstrictus ex justitia ad inserviendum, cohabitat cum domestica secum peccante, vel quando filiusfamilias tenetur cohabitare cum patre ad eum sustentandum, et consimilem habet domesticam, quam non potest ejicere: et si quis non possit munus aliquod, aut artem, seu mercaturam, in qua frequenter peccavit, sine valde gravi incommodo deserere, ita ut illud [illegible] [illegible] superet, unde dicatur esse moraliter impossibile occasionem illam proximam vitare. Hujusmodi autem valde grave incommodum censetur esse

si ex-cu

si ex eam vita discrimini evidenti esset exponenda,
si vir honoratus incurrenda esset gravis infamia, si 742.
familia honesta ad mendicitatem esset redigenda.

XII. Tamen periculum peccandi quod dicimus involuntarium
seu necessarium, intelligimus de materiali, neutiquam
de formali: nam formale peccandi periculum nunquam
esse potest absolute involuntarium, seu necessarium.
Unde fit, quod occasio proxima peccandi duntaxat
sit necessaria, aut involuntaria quo ad circumstantiam
externam, non autem quo ad formale peccandi periculum.
Igitur omnis occasio proxima peccandi, quatenus includit
formale peccandi periculum est homini libera et volun-
taria, et consequenter in potestate libera hominis est
facere, quod occasio peccandi non sit proxima, scilicet
per voluntatis resistentiam, et per actus proprios
virtutis.

XIII. Hinc pro vitando peccandi periculo formali, a Doctoribus
communiter statuuntur sequentes regulae: Quoties-
cunque homo advertit in aliqua occasione esse pericu-
lum formale peccandi catholice, tenetur fugere pericu-
lum uno e duobus modis, vel deserendo occasionem exter-
nam, vel dissolvendo periculum formale per actus virtu-
tum a se elicitos. Etenim, ut optime advertit Suare-
tom. 5. disp. 18. num. 16. in moralibus ejusdem malitiae
est constituere se voluntarie in morali periculo, et
proximo committendi aliquod crimen, et committere illud;
sed regulariter loquendo semper potest vitari periculum
formale peccandi uno ex modis mox dictis; igitur semper
est obligatio id faciendi.

XIV. Quando autem quis per actus suos proprios, ut per peccati
poenitentiam, et detestationem, per intensum propositum
non peccandi, aliosve virtutum actus vitat, destruit,
et perimit formale peccandi periculum, tunc non tenetur
deserere occasionem externam. Nam occasio externa
eatenus deserenda est, quatenus est occasio proxima
peccandi; sed quando homo per actus suos contrarios

extinxit periculum formale peccandi, jam illa non est
occasio proxima peccandi; igitur tunc non tenetur dele-
re occasionem externam.

XV Si quis vero formale peccandi periculum non vitat per
proprios suos actus, tenetur illud vitare delerendo occa-
sionem externam; etenim quilibet tenetur vitare
formale peccandi periculum uno e duobus antefatis
modis, intrinseco scilicet, vel extrinseco. Igitur si illud
primo modo non vitat, vitare debet secundo modo.
Quemadmodum qui non potest vitare occasionem
extrinsecam, ob impossibilitatem vel physicam vel mo-
ralem, tenetur vitare formale peccandi periculum
modo intrinseco, idest per proprios actus virtutem a
se exigitos.

XVI Quare si quis familias, qui non potest expellere e domo con-
cubinam, potest, et debet extenuare periculum forma-
le peccandi per actus suos proprios, scilicet per magnam
vigilantiam ne peccet, per intensum propositum, per
preces ad Deum; quod si haec media non adhi-
bet pro extenuando periculo peccandi, ipse se eidem periculo
voluntarie exponit, sicut se exponit ille, qui cum possit
non vult delere occasionem externam, et per
consequens peccat.

XVII Pariter pro regula communiter statuitur, quod occasio
externa quando alliciunter passiones vehementes,
vel habitui vitioso, pravaeque peccandi consuetudini
vel acri suggestioni, vel his omnibus simul,
omnino sit delerenda et auferenda, si eam delere
et auferre sit in potestate hominis; ideoque
non sufficit conari ad vitandum consensum formalem
per denis plus vices, sed sub peccato mortali
ipsa occasio externa est auferenda.

XVIII Nam cum passio vehemens, habitus vitiosus, prava
consuetudo, et acris diaboli suggestio sint hostes
validissimi, conflictus cum illis per proprios actus
internos est difficillimus, et periculosissimus;

et ideo

et ideo, ne quis succumbat, tenetur fugere ipsum tanquam pugnam, tenetur deserere et auferre istam occasionem externam.

XIX Et oppidò quilibet prudens suam timens fragilitatem debet credere, hos actus non futuros ita validos ut possint superare hostes adeo fortes, et potentes, maxime quando habet aliud medium evadendi periculum, scilicet fugam, et sublationem occasionis externae. Praeterea etsi Deus non deneget auxilia sufficientia ut homo possit absolute vincere, tamen ei, qui temere et sine necessitate ingreditur occasionem, aut eam, cum potest, non deserit nec aufert, non dat ea copiosa auxilia, quae praestat illis, qui necessitate tracti, peccandi occasione externa concluduntur.

XX. Ex praefatis regulis generalibus, quas omnes sanae mentis Doctores [illegible] certas proponunt, et nos ratione vi[illegible] ac veritate instructi tanquam recta tales agnoscere debemus, quid aliud pro nostro particulari casu inferri potest, nisi quod nos sentiamus oporteat Confessarium male fecisse, impertiendo absolutionem, et Parochum bene fecisse, negando deferre Eucharistiae Sacramentum illi, qui existens in concubinatu, morbo correptus, cogitavit de suscipiendis Sacramentis poenitentiae, et communionis, quin prius effective e domo ejecerit concubinam, sed absolutionem extorsit, facta protestatione de nolla amplius tangere concubinam, sed eam retinere durante domus gubernio.

XXI. Etenim omnes Theologi conveniunt in eo, quod ille qui est in occasione proxima peccandi Catholice, quando ea occasio est ipsi voluntaria, gravi obligatione tenetur illam deserere seu auferre: quod ipse Christus Dominus nos docuit apud Matthaeum Cap: 5. illis verbis: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum

membro

membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te abscinde eam, et projice abs te, expedit enim tibi etc. cum ijs quae sequuntur. Quae repetit apud eundem Matthaeum cap. 18.

XXII. Per oculum autem dextrum et manum dexteram Sancti Patres universaliter intelligunt quamlibet occasionem cujuscunque personae charae et gratae, quae provocat ad peccandum. Ita S. Gregor. lib. 1. de sermone 1. Athanasius quaest. 70. S. Cyrillus lib. 12. in Joannem cap. 18. S. Anastasius quaest. 7. Salvianus lib. 3. de Provid. aliique quamplurimi.

XXIII. Quamvis autem, ut dicebamus, aliud sit occasio externa et aliud formale peccandi periculum, atque hoc evitari possit seu per fugam occasionis externae, seu etiam per media homini ipsi intrinseca, id est per veram peccati poenitentiam, firmum propositum et fervidas ad Deum preces; ita ut etiam stante occasione externa evanescat formale peccandi periculum, sicque ipsa occasio externa cesset esse occasionem proximam peccandi, ut accidere potest in casu, quo quis vel necessitate physica vel necessitate morali reperitur in occasione externa peccandi, ast periculus timore Dei magnam peccati detestationem concipit, peculiari auxilio adjutus resistit habitui vitioso, firmum facit non peccandi propositum et ad Deum continuas, ac ardentes porrigit preces ut se a malo custodiat.

XXIV. Attamen nunquam contingit, quod formale peccandi periculum esse desinat, quando spatio alio vehemens habitus vitiosus intimus, seu interna suggestio, vis Diaboli tentatio, et ipsa occasio externa nulla necessitate physica, vel morali concluditur, sed ab arbitrio, et potestate hominis pendeat. Cum ergo in hujusmodi casu, minus sit roboris ad eos validissimos hostes vincendos, per actus proprio[s]

insidia

ipsius hominis, sicque maneat formale peccandi periculum profecto debet illud vitari per fugam et ablationem occasionis externae.

XXV. Si autem est aliqua materia, in qua pro vitando formali peccandi periculo necesse est fugere occasionem externam, quando physicè et moraliter ea deleri et auferri potest, sane est materia luxuriae. Nam, ut ait S. Isidorus lib. de Summo Bono, apud S. Thom. 2.2. quaest. 154. art. 3. ad 1., magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo, quam per aliquod aliud, quia scilicet difficilius est vincere vehementiam hujusmodi passionis. Et ideo Apostolus Epist. 1. ad Cor. cap. 6. dixit = fugite fornicationem = explicans per verbum fugiendi quomodo recedendum sit ab ea et a periculo incidendi in eam, videlicet non solum per interiorem, sed etiam per fugam occasionis externae. neque enim eo termino fugiendi usus fuit Apostolus nisi in luxuria, idololatria, et avaritia; igitur et avari in quibus est radicata nimia divitiarum cupiditas, ne incidant in laqueum diaboli, fugere debent occasiones externas, invitantes ad injustum lucrum, et iniquas usuras.

XXVI. Cum igitur Titius retinendo domi concubinam voluntarie persistat in occasione proxima peccandi, ejus protestatio de non amplius ea tangenda carnaliter, nullum efficax non peccandi propositum continere potest; adeoque est incontinens peccato mortali, et per consequens confessarius malè fecit ei absolutionem impertiendo, et Parochus bene fecit eidem Eucharistiae Sacramentum non deferendo.

XXVII. Quandoquidem necessarium requisitum ad hoc, ut concubinarius efficiat culpam suam Deo et possit a confessario obtinere absolutionem, est effectiva dimissio concubinae et totalis ab ea separatio, ut advertit Sacrum Concil. Trid. sess. 24. cap. 8. de reform. matrim., ubi sic loquitur = Si concubinarii

non

non ejecerint, neque ab earum consuetudine non sejunxerint =. Quamobrem nemo concubinarius est audiendus, si dicat concubinam nolle amplius carnaliter tangere et interea eam effective ejicere detrectat; est igitur primum ejicienda concubina extra domum, exemplo daemonum, et spirituum immundorum, qui, coacti egredi e corporibus, dicuntur ejecti, juxta illud: Erat Jesus ejiciens daemonium, et illud erat mutum; et cum ejecisset daemonium, locutus est mutus =; ac deinde aperiendum est os in confessione, et ad sacram communionem.

XXVIII. Et amabo, quomodo respondere potest huic ratiocinio contra Sitium affirmato? Sitius: dum retinet domi concubinam cum possit expellere, retinet; et perseverat in occasione proxima peccandi; igitur est in statu peccati mortalis, ob illam rationem evidentem, quia, ut dicitur Ecclesiast. cap. 3. qui amat periculum peribit in illo. ubi Sancti Patres advertunt, quod amans periculum non peccat per illud, sed in illo. quia ipse amor periculi peccatum est. Si autem est in statu peccati mortalis, eum absolvitur, utique invalide absolvitur, et per consequens perperam agit confessarius eum absolvendo; e contra vero bene agit Parochus negando eidem deferre eucharistiae sacramentum.

XXIX. Dictum ratiocinium coincidit cum eo, quod Cardinalis de Lugo, de Paenitent. disp. 14. num. 156 et num. 157 affirmavit his verbis: velle perseverare scienter in tali occasione proxima peccati mortalis est novum peccatum mortale; obligatio enim non peccandi mortaliter affert obligationem vitandi periculum proximum peccandi mortaliter, cui obligationi non satisfacit, qui, cum possit, non vult relinquere occasionem proximam; et ideo non absolvitur, quia constat illum non habere propositum non peccandi, cum actu peccet non vitando illam occasionem proximam quam sub peccato tenetur relinquere.

XXX. Ipsum fortissimis rationibus probat Cardinalis [illegible]

in 1. Sententiarum tom. 2. disp. ... de Sacr. art. 9. ub. num. 228. arguit: nolentem relinquere occasionem proximam peccandi, non habere propositum sufficiens pro validitate confessionis. haec enim sunt illius verba — propositum consistit in hoc, ut sit volitio non peccandi amplius; sed qui non decernit causam proximam peccati relinquere, non habet talem volitionem, quia vult effectum, qui vult causam proximam, et non odit effectum, qui causam proximam non odit —; quamvis igitur centies protestetur, et millies protestetur, se nolle amplius carnaliter tangere concubinam, eam tamen adhuc retinere volens domi, cum possit ejicere, ei non est credendum, firmum non habet propositum non peccandi, voluntarie persevérans in occasione proxima peccandi actu est in peccato; igitur invalide absolvitur. igitur confessarius male facit eum absolvendo.

XXXI. Et e contra optime facit Parochus eidem non deferendo Eucharistiae Sacramentum, quia non obstante confessione, quae quomodocumque credi posset valida, extat adhuc scandalum inter [illegible] causa sibi concubinario, denegandaque est Eucharistia, seu privatim seu publice eam petenti; siquidem, ut solide discurrit idem ordinarius de Lugo cit. tom. 2. disp. 1. art. 11. num. 337. vel publici peccatores, peccatum est tale, ut per totam confessionem credatur remissum, et omnino sublatum, ut blasphemi, iracundi, ebriosi, jam in hoc casu facta confessione potest admitti ad Eucharistiam; vel ultra confessionem requirit etiam probationem pro vera emendatione et pro tollendo scandalo, et in hoc casu non statim danda est sacra communio. atque idcirco laudatus Cardinalis subdit haec verba — concubinarius, usurarius publicus, meretrix, si quando confiteantur, et peccandi occasionem publicam non dimittentes relinquunt signum perseverantiae publicae in peccato.

XXXII. Tandem deveniamus ad concertationem doctrinae in his casibus num. 349. ait — Dico primo, peccatori publico

cont. ho

confessio, relinquat publico signum perseverantiae in eo publico peccato, non potest. Neque debet confessor, qui eum audivit, ministrare alia Sacramenta, neque in occulto neque in publico. Hanc eandem doctrinam de non communicando concubinario, retinente concubinam ratione scandali in proprio, etsi profiteatur non amplius eam carnaliter tangere, docuit Dux Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 60. cum pluribus aliis Doctoribus, quos ibi citat, et sequitur.

XXXIII. Ex dictis itaque manifeste constat, confessarium in casu nostro, absolvendo Titium, egisse contra damnationem factam a Summo Pontifice Innocentio XI. propositionis 61.; quae sic sonat = Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest et non vult omittere, quinimo directe et ex proposito quaerit, aut ei se ingerit =

XXXIII Nec juvat excusare Titium dicendo, quod cum habeat verum propositum amplius carnaliter non tangendi concubinam, si eam domi retinere intendit, hanc intentionem non habet animo peccandi, sed ex aliquo motivo utili ~~vel etiam~~ honesto. Nam pariter ab eodem Summo Pontifice est damnata haec ordine 62.a propositio = Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit = quemadmodum est etiam damnata sequens ord.e 63.a = Licitum est quaerere directe occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi = II.

XXXIV. Hanc propositionum damnationem praecesserat damnatio facta a Summo Pontifice Alexandro VII. sequentis propositionis, quae in ordine ab eo damnatarum est 41.a = Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgo Regalo, dum deficiente illa, nimis aegre ageret vitam, et aliae epulae taedio magno concubinarium afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur. III

Casus II

Parochus videns Cajum in periculo mortis constitutum, ei, contra interminationem peritissimi medici, sacramentum Eucharistiae administravit, quam mox una cum anima evomuit. Unde oritur 742. 6.

Quaestio, an Parochus peccaverit: irregularitatem contraxerit: et quales modos praecipue observare debeat, ut sciat prudenter determinare, quando infirmis possit, vel non possit administrare Sacrum Viaticum.

A decisione primi Casus progredimur ad decisionem secundi: in illo longa manu coacervavimus rationes et argumenta quae demonstrabant indispositionem animae in volente suscipere Sacramentum Eucharistiae in isto brevi manu adferemus eam corporis indispositionem a morbo provenientem, ob quam etiam [illegible] communicari non est communicandus: casum illum, ni fallimur, resolvimus per rationes et principia ad Theologicam scientiam spectantia: iste magis per regulam prudentialem venit dirimendus.

Doctores communiter advertunt, quatuor esse maximas dispositiones, quae ex parte corporis necessariae sunt ad licite sumendum Eucharistiae Sacramentum. Naturale jejunium. Modestiam vestimentorum: abstinentiam in conjugatis a copula carnali et facultatem deglutiendi, retinendique Eucharistiam in stomacho.

Cum noster casus nihil exprimat, quod concernat primas tres dispositiones, immoraremur de iis nulla necessitate, ideoque nos restringemus ad quaestiones sub eodem casu propositas, et in primis Parochum graviter peccasse, non tamen irregularitatem contraxisse, Sacramentum Eucharistiae, contra interminationem peritissimi medici, administrando Cajo, in periculo mortis constituto, qui eandem Eucharistiam mox una cum anima evomuit.

IV. Quia

IV. Quia, cum hoc divinum Sacramentum maxima devotione ac reverentia sit tractandum, qui illud administrat magnam tenetur adhibere circumspectionem, ne quomodo species sacramentales exponat periculo irreverentiae, quod evenire solet, dum aegroti recipientes eucharistiam vel non possunt eam trajicere, vel jam trajectam non possunt retinere in stomacho ob tussim aut vomitum.

V. Hujusmodi autem grave periculum debuit advertere peritissimus medicus, qui, secundum nostri facti speciem, serio fecit interminationem Parocho, qui, ea inattenta, eucharistiam administravit, ajo; at ideo ipse Parochus magnam commisit temeritatem, et gravissimam imprudentiam, ac per consequens graviter peccavit.

VI. Quod vero nihilominus irregularitatem non incurrerit, evincitur ex eo, quod mors (aut saltem ejus acceleratio), fors notabiliter causata per sumptionem specierum sacramentalium contra judicium Medici, nec directe nec indirecte fuerit voluntaria ipsi Parocho. Cum supponi debeat, quod Eucharistiam non administraverit tali animo, et intentione ipsi accelerandi mortem, nec cum acceptione ejusdem accelerationis, sed potius zelo indiscreto, ne decederet sine Sanctissimo Viatico, quem [illegible] alumno in circumstantiis nostri casus judicamus [illegible] graviter culpabilem, nisi fors excusetur a nimia inadvertentia, et praecipitantia.

VII. Itaque si revera mortis acceleratio notabilis intercessit, ob causam administratae eucharistiae, ea respectu Parochi fuit casualis duntaxat, sicque sine ulla ipsius culpa, et per consequens poenam irregularitatis non incurrit.

VIII. Quin obstet, irregularitatem incurri etiam ob casuale homicidium, quando nempe accidit aliqua interveniente culpa: ut si quis dat operam rei illicitae ex qua mors ... sequitur, etsi ad eam evitandam

operam

171

operam omnem adhibeat et agenti; in nostro autem casu Parochus, eucharistiam administrando in illis circumstantiis constitit, dedit operam rei illicitae, ex qua secuta fuit notabilis acceleratio mortis ejusdem Caji, et per consequens irregularitatem incurrit.

IX Non requiritur, obstat hujusmodi ratiocinium. Nam ad hoc, ut quis irregularitatem incurrat propter homicidium casuale, proveniens ex opera illicita, haec debet esse talis, quae ex se, aut natura sua inducit periculum mortis, et non solum etiam per sacros canones prohibita sit. Sed eucharistiae administratio, esto in nostro casu temere facta fuerit, non tamen est ex se, et natura sua inductiva mortis, aut accelerationis notabilis mortis Caji; quin potius credi debeat provenisse ex qualitate morbi ejusdem Caji. Quamvis igitur peccaverit notabiliter Parochus, periculo exponendo irreverentiae sacramentum, non autem eucharistiae periculo accelerationem mortis Caji, utpote quam nec directe nec indirecte intendit; adeoque ab omni incursu irregularitatis debet esse magis immunis, quam esse debebat ille confessarius, qui reum ad supplicium comitabatur, eo quod adiecerit, per quem vehebatur, pupugisset, irregularem se aestimabat, quia mortem hominis accelerasset.

X. Ceterum in nostro casu sacra hostia per vomitum ejecta reponi debet in aliquo loco sacro, donec species corrumpantur, et tunc in sacrarium mittentur. Quod si vomitus post duas vel tres horas fuisset secutus, et nullo species amplius apparuissent, ille vomitus foret comburendus, et cineres in sacrarium projiciendo. Vide Rituale Romanum de defectibus occurrentibus tit. 10. num. 14.

XI Caeterum noster Parochus sciat prudenter determinare, quando infirmis possit, vel non possit, administrare Sanctissimum Viaticum, potissimum observare debet quatenus morborum generalem morbos impedientes ullum rationis morbos

morbos impedientes respirationem: morbos impedientes deglutitionem: et morbos causantes stomachi convulsionem.

XII A' celebri medico Paulo Zachia, in suis quaestionibus medico-legalibus, praefata morborum genera sic exponuntur. Quod attinet morbos impeditivos usus rationis, sunt delirium, phrenesis, et dementia; qui morbi si sint perpetui, pro semper inhabilitant infirmum ad communionem eucharisticam recipiendam. Si autem lucida aliquando relinquant intervalla, dictam inhabilitationem non causant, opus tamen erit consilio prudentis medici, et prudentia [illegible] in eligendo tempore idoneo et opportuno ad communicandum hujusmodi infirmos absque periculo irreverentiae.

XIII Qui vero a natura sunt semifatui stolidi, surdi et muti, debilem usum rationis habent, sed tamen [illegible] et reverentiae erga sacratissimam hostiam capaces, hi praemissa instructione sunt admittendi ad communionem, ut docet S. Thomas part. 3 quaest. 80 art.

XIV Quo ad respirationis morbos, illi sunt qui circa fauces obveniunt et dicuntur a Medicis anginosi; proveniunt autem vel a catarrho suffocante, vel ab inflammatione et ardore faucium, vel a convulsione, aut paralysi partium oris et circumvicinarum; ex quibus impeditur deglutitio ob faucium occlusionem, aut laesam actionem musculorum, quorum opera functiones ad deglutitionem inservientes celebrantur. Quapropter laborantes hujusmodi anginosis affectibus non sunt communicandi, nisi prius Parochus exploraverit, an possint saltem aquam deglutire, siquidem cum sint fauces occlusae, regurgitant et rejiciunt quidquid ore recipiunt; itaque si eis praebeatur eucharistia, exponeretur periculo alicujus regurgitationis, et irreverentiae.

XV. Respirationis defectus re ipsa videtur coincidere cum defectu deglutitionis, quamvis hac propria sumpta differat ab illa. Siquidem defectus respirationis provenit ab occlusione faucium, defectus vero deglutitionis provenit

provenit ex vitio Stomachi, aut ex paralysim vel immediaté in se ipso, vel in musculis ... et aliis partibus illis [illegible], ob quam paralysim [illegible] et licet cibus vel potus recipiatur in faucibus, tamen non potest transire, nec in ventriculum descendere; quapropter abstinendum pariter est ab administranda eucharistia laborantibus hujusmodi morbo.

Item nec debet administrari Eucharistia patienti talem Stomachi tumorem, ob quem excitatur, et fit egretationem, ac convulsionem, ob quam excitatur, et fit vomitus, hic autem pluri faciam evenire potest, modos tamen omnes exponere non vacat; adeoque concludemus hos praecipue ipsi morbos, quos circumspectus Parochus observare debet, ut sciat prudenter determinare, quando Sacra communio, seu viaticum possit, vel non possit infirmis impertiri.

1742. 6.

Casus I.

* Titius extra tempore paschale fuit [illegible] sui Parocho Prudentio et ab eo, quamvis ut indignus absolutionem sacramentalem non obtinuerit, petiit mox sibi administrari Sacramentum Eucharistiae, quo subsecuto rogavit coram hominibus, qui eum [illegible] viverant, ipsi Parocho fuisse confessum et ab eodem incontinenti recepisse sacram communionem, ut subsecuti Sacramenti Poenitentiae, et communionis paschalis ei, [illegible] volenti, per attestatum. Prudentius petitum in scriptis attestatum dedit, in eo tamen expresserat duntaxat se Titio administrasse communionem paschalem. Verum Titius institit, ut etiam de subsecuto Sacramento Poenitentiae [illegible] interponeretur, quod cum ipse Prudentius renuit, [illegible] idem Titius recursum ad loci Ordinarium adducendo testes oculares de sua peracta confessione, et communione. [illegible]

Quaeritur utrum an quod egit Parochus recte egerit: et quomodo egere debeat coram Ordinario, si fuerit conventus?

Casus II.

* Cum Bertha confiteretur Placidio Confessario, ex [illegible] [illegible] Julio viro docto [illegible] accessit ad consulendum super casu conscientiae [illegible], accepto consilio, reversus fuit ad confessionale, et Bertha peracta confessione absolutionem sacramentalem fuit impertitus.

Quaeritur an Placidius [illegible] egerit contra sigillum sacramentale?

I In materia gravissima, et in praxi utilitatis ac [illegible]
cum frequentissima binos casus in hodierna [illegible] gra[illegible]
tione [illegible] proponimus. Porque veritatis
circa inviolabile sacramentalis confessionis sigillum,
II ita dictum, sumptâ metaphora à sigillo materiali
quo solent obsignari res illas quas volumus omnino
secretas et occultas;
Sub sigillo sacramentali cadunt et tacenda sunt omnia
audita in confessione sacramentali, quorum revelatio
redderet sacramentum odiosum. Itaque materia sigilli
sacramentalis sunt in primis omnia peccata mortalia
ut proinde illud violet tum qui aliquod mortale in
confessione auditum in specie revelat, tum qui [illegible]
certo poenitente etiam solum in genere dicit eum dix-
isse confessarium aliquod mortale, seu deinde [illegible]
poenitentem in specie nominat seu tale [illegible]
dicat unde ejus peccatum in genere vel [illegible]
innotescat, ut si quis ex. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ut esse remissum ad superiorem
[illegible] [illegible] aut, si audito in conf. [illegible]
gravi aliquo peccato alios advertentibus [illegible]
aut alia signa edat unde adstantes in suspicionem
Talem gravium criminum confessionem venire, [illegible]
III [illegible] autem sigillum non violet dicens in genere et
nulla nominata persona se audivisse in conf. [illegible]
adulteria, homicidia [illegible]. Idem tamen [illegible]
[illegible] periculosum est et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] a viro docto et [illegible], [illegible]
[illegible] est [illegible] tum ob scandalum [illegible]
[illegible] [illegible] sigillum, tum ob periculum
revelationis, quod [illegible] [illegible] scilicet homines [illegible]
et [illegible], ex variis circumstantiis [illegible] in
cognitionem confessionis perveniant, ut contigit cuidam
ac imprudentissimo confessario, qui coram pluribus
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuit aliquis et
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
IV [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] sigi[illegible]

sigillum confessionis, si confessarius etiam generaliter dicat ex confessione se scire, in hac civitate, in hac communitate [illegible] frequentia committi adulteria, veneficia vel alia gravia peccata; [illegible] enim est timendum [illegible] et reddere [illegible] odiosum. 1742. 6.

legea ... [illegible] ... [illegible] non ... ampliari sed restringi: idque tanto magis in praedicti casu, quoniam ... sic pluries jam declaravit ... [illegible] ... 26. signanter ... 12 Januarii 1586, ... 2. Martii 1615 ... Martii 1619, ac demum die 3. Januarii 1692 ... Societatis ... [illegible] ... ministrare S. Eucharistiae Sacramentum ... [illegible] ... à Dominica Palmarum usque ad ... [illegible] ... exceptato die Paschatis, ita tamen, ut ... Eucharistiam in Ecclesijs ... à Dominica Palmarum ... in ... non satisfacerent praecepto ecclesiastico.

XII Tot autem vigore tot privilegiorum ... [illegible] ... nibus ... fuerint ... [illegible] ... multum fuerit ... illa Ecclesiae disciplina, per quam jura parochialia undique ... conserva- bantur; nihilo tamen minus ... etiamnum sunt jura, quae parochis et ecclesijs parochialibus privative ad ... spectare ... noscuntur.

XIII Praeterquam quod enim fideles omnes ... in Paschate, Eucharistiam sumere in propria Ecclesia parochiali, nonnulli etiam a proprio Parocho ... solent eam sumere in forma viatici. Parochiani omnes ... proprio Parocho ... suos baptizandos solent offerre ... A proprio Parocho sacramentum ... [illegible] ... debent. In Ecclesia Parochiali ... proprio Parocho matrimonia sunt celebranda. Parocho solvi debent decimae, primitiae, et oblationes ubi adhuc sunt in usu. Item in tota Ecclesia Parochiali pro ... audiri debet Missa diebus Dominicis, et festivis. Tamen limites seu termini Parochiarum, etiam ... jure novissimo ... immobiles, praescribi ... [illegible].

XIV [illegible]

sionem dubij super nostro casu propositi (Centinui)
et Titium, et Cajum, et Sempronium satisfecisse
praecepto confessionis, quamvis non proprijs coram
Parochis, sed Regularibus fuerint peccata sua
Sacramentaliter confessi: praecepto communionis
paschalis verò nec Cajum, nec Sempronium, sed
solum Titium satisfecisse.

XV. Quamvis enim S. Mater Ecclesia in relato can. omnis
utriusque sexus, de Poeniten. et remiss. cuilibet
confessionem proprio parocho saltem semel in anno
faciendam praescribat his verbis = omnia sua solus
peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur
proprio Sacerdoti; tamen non eas fuit mens Ecclesiae
ut, pro adimplendo praecepto, non aliter, quam proprio
Parocho stricte tali, confessio sit facienda, quasi veri
non adimpleretur per confessionem faciendam Summo Pontifici, Episcopo, aut ab
ejus delegato, quemadmodum est quilibet sacerdos
sine [illegible] restrictione ad audiendas confessiones
approbatus.

XVI Hinc est, quod Summus Pontifex Clemens VIII contra
aliquos Franciae Parochos, aliter sentientes, anno
1592. ita decrevit — Praesenti decreto nostro san-
cimus [illegible] dictis fratribus et Religiosis dictae Societatis
quam [illegible] [illegible] a Sede
Apostolica [illegible] est, idoneis tamen et ab Ordinario
approbatis, peccata sua etiam quadragesimali et
Paschali et quovis alio tempore licite posse, summo
[illegible] tamen [illegible] [illegible] Sacramen-
tum Eucharistiae die festo Paschalis Resurrectio-
nis in propria Parochia [illegible] [illegible]
Et concordat quod Summus Pontifex Clemens X
in sua Constit. quae incipit Superna, in hac verba [illegible]
[illegible] qui dictis [illegible] [illegible] approbati
[illegible] [illegible] [illegible]; Constit. [illegible]
suo

quæ incipit: omnis utriusque sexus; quo ad confessionem
dumtaxat omnes satisfacere contendentes. Præ...
manifeste constat Titium, Cajum et Sempronium per
confessionem apud Regulares ab ipsis peractam, satisfecisse 26.
præcepto confessionis præscripto in dicto cap. omnis
utriusque sexus ...

XVII Quod vero nec Cajus, nec Sempronius [illegible]
satisfecerit præcepto communionis Paschalis, ex unius-
cujusque communionis circumstantiis evidenter compro-
batur. Etenim quamvis Cajus Eucharistiæ Sacramentum
sumpserit tempore paschali, illud tamen sumpsit in Ec-
clesia Cathedrali de manu [illegible] ejusdem, adeoque
nullatenus adimplevit præceptum Ecclesiæ quod est de
communicando in propria Ecclesia parochiali, ac de manu
proprii parochi, sive ejus delegati.

XVIII Neque enim Ecclesia Cathedralis est Ecclesia Parochialis
Caji, nec Cajus est parochianus Sacerdotis Curati illius.
Alias enim sequeretur, quod quilibet de Civitate
ac Diœcesi posset contrahere matrimonia coram
curatis Sacerdotibus Ecclesiæ Cathedralis, quod ab eisdem
curatis deferri possit viaticum, et administrari extrema
unctio infirmis degentibus sub aliis Parochiis: id autem
asserere, magnum foret absurdum, et exinde magna
oriretur confusio in regimine ecclesiastico animarum,
ac etiam pax frangeretur inter Parochos, dum viderent
ab illis de Ecclesia Cathedrali omnia fieri in eorum præjudicium,
eorumque jus usurpari.

XIX Nec obstat quod a Cardinale, in Clem. Dudum § verum, de
sepulturis, Ecclesia Cathedralis appelletur Parochia totius
Civitatis ac Diœcesis; sicut neque, quod in cap. 1. de
officio Archipresbyteri expresse statuatur inter cætera
ministeria Archipresbyteri Ecclesiæ Cathedralis, illa admi-
nistrare sacramenta omnibus de Diœcesi confluentibus
ad illam; adeoque communicando tradere posse

in ipsa

in ipsa ecclesia cathedrali de manu Archipresbyteri vel alterius curati, videatur satis adimplere Ecclesiae praeceptum.

XX. Nam, quod Ecclesia Cathedralis a ordinario appelletur et [illegible] Diocesis intelligitur per Antonomasiam, et respectu antiquissimorum temporum, in quibus, studebant Apostoli in praedicatione Evangelij vix in quacunque Civitate et Diocesi erat Ecclesia una, in qua divina officia peragebantur, et Sacramenta fideliter administrarentur et haec Ecclesia erat cathedralis, quae simul revera etiam erat parochialis totius Diocesis.

XXI Pariter relate ad ea tempora intelligendum est, quod dicitur de officio Archipresbyteri. At in praesenti Cathedralium Archipresbyteri vel non habent jus administrandi Sacramenta, vel ea administrant tantummodo his, qui sunt de districtu parochiali ejusdem Cathedralis.

XXII. Cum igitur Cajus supradictus sit sub Parochia districta et separata a districtu parochiali Ecclesiae Cathedralis atque adeo habeat proprium Parochum, eucharistiam sumendo in Ecclesia Cathedrali de manu curati ejusdem, profecto sacram communionem non sumsit in sua Ecclesia parochiali, nec de manu proprii Parochi, et per consequens nullatenus adimplevit praeceptum Ecclesiae.

XXIII Nec etiam obstat quod plures magnae authoritatis Doctores ut Barbosa, [illegible], [illegible], [illegible], Lambertinus et alij pronunciaverint, communicantes tempore paschali in Ecclesia Cathedrali satisfacere praecepto Ecclesiae, idque consuetudine comprobari. Quamvis enim Doctorum opinio aliquando fuerit probabilis, nec prorsus illegitima censeri potuerit attenta idcirco consuetudine, aliter tamen discurrendum est, postquam Summus Pontifex Innocentius XI. anno 1679. declaravit non satisfieri praecepto communionis paschalis a communicantibus in Ecclesia Cathedrali vel [illegible]

sed

sed esse communicandum in propria Parochia, sub qua quisque habitat, ut testatur de ista quaestione Iacobus Pignatellus tom. 7. consult. 89. n. 18.

XXIV. Iisdem rationibus manet etiam comprobatum, nec Sempronium satisfecisse praecepto communionis paschalis eam sumendo in Ecclesia Collegiata, cui est unita, et subjecta ejus Ecclesia Parochialis S. Pauli; quia nempe nec ipse sacram communionem sumpsit in propria Ecclesia Parochiali, nec de manu proprij Parochi, uti supponitur. 26.

XXV. Quod demum Titius è contra eidem praecepto satisfecerit communicando in Ecclesia Cathedrali de manu proprij Episcopi, credimus ita certum, et a nemine posse negari. Quamvis enim ut Parochiae sunt distinctae, et habent proprium Parochum, non possit Episcopus vocari eorundem Dioecesanorum Parochus proprie talis, tamen potest Episcopus in quacumque Ecclesia suae Dioecesis administrare sacramenta omnia, unicuique de sua Dioecesi, etiam invitis Parochis, ut constat ex can. Quodcunque cau. 10 quaest. 1. et ex can. Praecipimus, cau. 12. quaest. 1.

XXVI. quia ipse est omnium suorum subditorum pastor, et eminenter rector, ac Parochus uniuscujusque Ecclesiae Parochialis suae Dioecesis, praecipue vero Ecclesiae Cathedralis, et ideo Titius communicando in Ecclesia Cathedrali de manu proprij Episcopi, censeri debet se sufficienter uniformasse menti Ecclesiae et, quantum oportet, ejus adimplevisse praeceptum.

XXVII. Quamobrem, sicubi est in usu quod publici Repraesentantes, Magistratus Curiales et alij Cives feria quinta Coenae Domini de manu Episcopi recipiant sacram communionem in Ecclesia Cathedrali, censendum est, eos satisfacere praecepto communionis Paschalis, quemadmodum etiam à paritate rationis credimus, quod etiam praecepto [illegible]

hujus

pueri [illegible] antiquitus [illegible], ob quam ordinarie et quoti-
dianae [illegible] jurisdictioni subjecti qui in dicta feria
quinta coena Domini de manu solemniter celebrantis
ut solent clerici eidem inservientes, sacram communio- III
nem perciperent.

XXVIII Porro, quae pro [illegible] dubii, [illegible] in se [illegible]
in medium protulimus, credimus excitari posse
quemlibet parochiali munere fungentem, ad jura
omnia parochialia diligenter [illegible], [illegible]
vero ad invigilandum peculiari attentione, ut
ab omnibus et singulis parochianis adimpleatur,
prout convenit, praeceptum Paschalis communionis.

Ad Secundum Casum.

I Aggrediendo nunc ad decisionem [illegible] super altero IV
casu proposito, nobis praevie observatur diversitas
antiquae a praesenti [illegible] disciplina, quam sacrum
Concilium Trid. rememorans Sess. 21 cap. 4 sic inquit
Denique eadem sancta Synodus docet, parvulos usu rationis
carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eu-
charistiae communionem: siquidem per baptismi lavacrum
regenerati et Christo incorporati adeptam jam Dei filiorum
gratiam in illa aetate amittere non possunt. Neque ideo
tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in V
quibusdam locis aliquando servavit: ut enim sanctissimi
illi Patres sui facti probabilem causam pro illius tempo-
ris ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessi-
tate id fecisse sine controversia credendum est.

II Fuit igitur mos in primitiva Ecclesia, ut Eucharistia
administraretur etiam pueris, qui nondum ad annos
discretionis pervenerant, et quidem non solum grandio- VI
ribus et devotam [illegible] praeferentibus, ut [illegible]
[illegible] Cyprianus [illegible] lib. [illegible] cap. 25. sed etiam
[illegible] infantibus, ut demonstrat [illegible] Rerum
[illegible] liturgicarum lib. 2. cap. 18 et 19. subdens [illegible]
etiam nunc Graeci, antiquae [illegible] disciplinae
[illegible] [illegible] dant [illegible] [illegible]

sub sola specie vini cochlear sacratissimo sanguine
intinctum ori infantium inserentes ut ambant, quibus
postea matres, vel nutrices ubera praebent ut sanguinem
simul cum lacte deglutiant.

III Verum mos iste, in Ecclesia Catholica praesertim latina, post
aliquot saeculorum lapsum, ita sensim exolevit 26.
ut introducta contraria consuetudine id non amplius
fuerit. Quapropter per constitutionem Concilij Later.
sub Innoc. III, relatam in notissimo Cap. omnis utriusque
sexus, De poenit. et remiss. expresse fuit praescriptum
omnem utriusque sexus fidelem non nisi quam cum
ad annos discretionis pervenerit, Eucharistiae sacramen-
tum suscipere debere.

IV Hinc postquam Ecclesia in Rituali sub rubrica De sanctis-
simo Eucharistiae sacramento, regulam generalem com-
municandorum statuit his verbis: Fideles omnes ad
sacram communionem admittendi sunt, illico non commu-
nicandorum exceptionem subdit his verbis: exceptis iis,
qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice
indigni, ac deinde, pluribus a sacra mensa arcendis
enumeratis, ita concludit: Iis etiam, qui propter aetatis
imbecillitatem nondum hujus sacramenti cognitionem
et gustum habent, administrari non debet.

V Hac ecclesiastica disciplina, quoad puerorum et infantium
communionem intervertione observata, ut propositum
discrimen commode decidamus, censemus, sufficere Paro-
chum pro recta admissione, vel non admissione, puerorum
ad sacram communionem plura debuisse observare,
quibus observatis inanes ac male fundatae judicari
debent querimoniae adversus illum factae.

VI Ille namque incipit semper sub initio quadragesimae
inter missarum solemnia monere, et adhortari, ut
pueri et puellae, qui sunt aetatis sufficientis, mittantur
ad Ecclesiam parochialem, pro recipienda instructione
necessaria ad hoc, ut admitti possint tempore
paschali ad sumendum SS.mum Eucharistiae sacramentum.

VII. Nec

VII. Hoc contentus hujus admonitionis et mea orationis, debuisset ipsemet instituere inquisitionem et delectum facere omnium puerorum, ac puellarum suae Parochiae, quos credere potuisset jam pervenisse ad aetatem idoneam pro suscipienda Sacra Communione, eorumque nomina et cognomina in notam accipere, ut quos damnabilis eorundem incuria neglexisset, laudabilis ejus pastoralis vigilantia adduxisset.

VIII. Horis opportunis plurium dierum per cursum quadragesimae debuisset instituere omnis magis efficax, distincta, et clara instructio tam circa ea, quae fide divina sunt credenda de hoc ineffabili Sacramento, quam circa ea, quae scire ac observare oportet pro praevia condigna praeparatione ac subsequenti gratiarum actione.

IX In faciendo delectu candidatorum pro Sacra Communione nulli, posthabito quocumque respectu humano, et sine ulla personarum acceptione, nobilium nempe aut ignobilium, divitum, vel pauperum, debuisset ad prudentis arbitrii lancem appendere uniuscujusque aetatem, intelligentiam et devotionem, atque ita pro harum qualitatum sufficientia, vel insufficientia, eorum aliquos admittere, reliquos pro interim non admittere. Sic igitur hujus Parochus se gerendo recte ac prudenter utilitate admitteret, et per consequens inanes, ac malae fundatae cessarent deberent querimoniae adversus ipsum susurrata.

X Caeterum oportet distinguere inter primam communionem, ad quam admittuntur pueri sanitate potientes, et eam, quae iisdem in articulo mortis constitutis est administranda. Nam viaticum, dummodo revera ad sufficientem discretionem pervenerint, dari potest et debet in minori aetate, quam sanis; praesertim autem, si ipsimet expresse desideraverint et petierint; quia nimirum, dum sunt sani, agitur de adimplendo praecepto Ecclesiae, quae circa tempus recipiendae communionis, illud remittit prudenti judicio, et arbitrio Parochi, seu confessarii

Ast dum

Ast vero in articulo mortis sunt constituti, agitur de adimplendo praecepto divino, quo pro tali tempore obligantur omnes fideles, qui ad annos discretionis pervenerint. 26.

Pro Congregatione diei 4 Mensis Junij 1742.

Casus I.

* Celsus, initis sponsalibus juramento firmatis cum Livia, Virgine paris status, et conditionis, ex ea carnaliter ab ille cognita prolem suscepit; et nihilominus promissum matrimonium cum ipsa inire detrectat: quamobrem, per Liviam habito recursu ad Ordinarium, emanavit sententia contra Celsum qui ab illa appellavit ad Sacram Nunciaturam Apostolicam. Quia verò fuit subinde orta vehemens suspicio quod ipse, ejus tempore, cum alia per verba de praesenti contraheret, ab eadem Sacra Nunciatura super justa Liviae instantia emanavit interdictum, ne idem Celsus pendente appellatione quicquam innovaret sub poena nullitatis, et attentatorum: quo non obstante dictus Celsus, Parocho per confictas attestationes decepto, cum alia muliere matrimonium contraxit. Unde quaeritur

Dubium, an hoc matrimonium sit validum?

I Leve prima fronte videri potest dubium, super quo ex casibus, à Nobis in hodierno congressu decidendis. Apparent enim esse adeo communia, et vulgaria illa principia, à quorum intelligentia pendet judicium validitatis, nullitatisve matrimonij, ut nec ab ijs, qui vel summis labijs Theologiae moralis doctrinam degustarunt fas sit ea ignorari.

II Neminem latere credimus, impedimenta matrimonij alia esse impedientia tantum, idest, quae solummodo impediunt, quod licite contrahi nequeat matrimonium, minimè tamen faciunt quin valide contrahatur, et contractum subsistat. Alia verò esse dirimentia

irri

X. 1

seu talia, quae etiam faciunt, quod neque valide contrahi queat, et contractum non subsistat, sed dirimatur matrimonium.

III Impedimenta impedientia tantum olim plura fuere, quorum pleraque per longaevam consuetudinem abrogata ita manserunt, ut eorum quatuor duntaxat vigere noscantur, quae comprehenduntur notissimo isto versiculo = Sacratum tempus, Vetitum, Sponsalia, Votum.

IV Impedimenta dirimentia è contra olim fuere tantum duodecim; jure vero novissimo Concilii nempe Tridentini, sunt quatuordecim, additis per ipsum absentia Parochi, ac testium, nec non raptu. Ea omnia memoriae juvandae causâ vulgatis hisce versibus efferuntur.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,
Si sis affinis: si forte coire nequibis,
Si Parochi, aut duplicis desit praesentia testis,
Raptaque sit mulier nec parti reddita tutae,
Haec socianda vetant connubia: facta retractant.

V Ut igitur propositi dubii certa statuatur decisio, scire sufficit, an matrimonium fuerit à Cello contractum cum aliquo impedimento, et de quorum impedimentorum genere illud existat: utrum nempe de genere impedientium tantum, an vero de genere dirimentium.

VI Cum contraxisse matrimonium cum aliquo impedimento, cum impedimento sponsalium prius initorum cum ipsa, # certum est, illud enim contraxit non contra interdictum, seu vetitum Sacrae Nunciaturae, ne pendente appellatione quicquam innovaret sub poena nullitatis et attentatorum. # Num autem dictum Sacrae Nunciaturae vetitum, seu interdictum habuerit solummodo vim impedimenti impedientis an vero etiam dirimentis quodcunque matrimonium pendente appellatione à Cello contrahendum? In hoc difficultatis nodus consistit, a cujus resolutione pendet tota propositi dubii decisio.

Certum est, matrimonium à Cello contractum fuisse nullum, quia illud contraxit cum infrascriptis dirimentibus impedimentis; haec enim impedimenta irritant matrimonium.

VII. Si contrahere

VII Si consulere volumus tam Theologos Morales, quam etiam Canonistas, qualiter Ecclesiae Vetitum seu Interdictum impediat matrimonium, nulla videtur esse difficultas in judicando, illud habere duntaxat vim impediendi neutiquam vero dirimendi matrimonium contra illud contractum.

VIII Et ordo si tota attentione repetendo percurramus versiculos, omnia quatuordecim impedimenta dirimentia comprehendentes, inter ea non inveniemus Ecclesiae vetitum seu Interdictum, bene vero illud inveniemus expressum in versiculo quatuor impedimenta impedientia comprehendente: Sacratum tempus, Vetitum, Sponsalia, Votum.

IX Nomine autem Vetiti communiter a Doctoribus intelligitur speciale Interdictum seu Inhibitio a Superiore Ecclesiastico ob justam causam facta, ne certae quaedam personae in certis quibusdam casibus contrahant matrimonium, eo quod forsan una earum jam sit desponsata alteri; vel existat dubium, aut suspicio de latente inter eas impedimento dirimente aut impediente; vel timendum sit ex eorum matrimonio scandalum; vel demum ob aliam justam causam.

X Cum vero inter ipsos Doctores quaeritur de obligatione et effectu ejusdem Ecclesiae Vetiti, seu Interdicti, in respondendo conveniunt, illud obligare sub peccato mortali; est enim praeceptum Ecclesiae in re gravi; sic docet Barbosa in cap. 2. de matrim. contracto contra Interdictum Ecclesiae. Pirrhing eod. tit. num. 7. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 17. num. 1. cum communi aliorum, arg. cap. fin. eodem tit.º ubi etiam excommunicari jubetur, qui stante prohibitione ob suspicionem consanguinitatis facta, matrimonium contrahit.

XI Unde infertur, contrahentes contra Interdictum seu prohibi-

prohibitionem Ecclesiæ, præter grave peccatum, etiam
pœnam à Superiore ecclesiastico imponendam incur-
rere; arg.º Cap. 1. cit. tit., ubi Papa mandat
Episcopo ut nubentem puellam contra hujusmodi
interdictum ad domum matris redire compellat, et
imposita sibi de tanto excessu pœnitentia condigna
postquam in domo materna per mensem steterit
ad alium maritum reverti permittat, ob ratio-
nem ibidem adjectam, ne scilicet Ecclesiæ mandatum
contemptibile videatur.

XII Cui Canonicæ Dispositioni concordat ea, quæ continetur
in cap. secundo ejusdem tit., ad cujus finem
sic legitur = Pœnitentia tamen eis imponi debet
quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt =
Pœnam in textu cit. Cap. 1. separatio per mensem
tantum ponitur gratia exempli, ut proinde judici
Ecclesiastico liberum sit per majus temporis spatium
ita peccantes separare vel loco separationis
aliam pœnam injungere, quod plerumque magis
expediet, præsertim si adsit periculum inconti-
nentiæ.

XIII Verum quamvis contrahentes contra ejusmodi inhibitio-
nem peccent et ad tempus separari valeant, vel
alia gravis pœna eis possit imponi, nihilominus
matrimonium ita contractum est validum ac proin-
de ipsi contrahentes non amplius ac [illegible] perpetui
separari, ut docent omnes Doctores cum Abb. in
Cap. 2. præcit. tit., ibique cum Barbosa n. 2 et
cum Sanchez lib. 7. disp. 2. n. 2.; Et sane summus
Pontifex Alexander III. in omnibus tribus Capitulis
positis sub Rubrica De Matrimonio contracto contra
Interdictum Ecclesiæ, respondit semper matrimonium
contra idem Ecclesiæ interdictum esse validum, et
imposita pœnitentia salutari contrahentibus, ob
contemptum Interdicti, eosdem esse relinquendos
in ipso matrimonio.

XIV. His igitur ita se se habentibus, cum pro resolutione
dubii

dubij à nobis propositi, aliter censere poterimus, quam quod matrimonium à Celso contractum sit quidem validum, ac in eo permanere possit et debeat, praeleum (?) peracte tamen, ac illicitè fuerit celebratum, adeoque mortaliter peccaverit, eique propterea poena gravis possit imponi?

XV. Quandoquidem videamur esse in casu consimili ei, qui refertur in cap. 2. mox cit. Tit., super quo Summus Pontifex ita respondit = Licet enim contra Interdictum Ecclesiae ad Secunda vota transire non debuerit, non est tamen conveniens, ut ob id solum Sacramentum conjugij dissolvatur =: Cujus Canonica dispositionis ratio esse videtur, quod prohibitio non irritat actum, alias de natura, et jure validum, juxta illud tritissimum Cap. Ad Apostolicam De Regul. = Multa fieri prohibentur, quae si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem =.

XVI. Itaque si pro parte Celsi, et pro parte mulieris cum eo contrahentis, posita fuerit materia, et forma à Christo instituta, et requisita pro validitate Sacramenti matrimonij, quemadmodum nihil horum in facto abesse, videtur supponendum; quid amabo nos prohibere potest, quin judicemus, illud matrimonium fuisse validum, quamvis temerè, ac illicitè fuerit contractum? Namquid enim non etiam temerè ac illicitè contrahitur matrimonium ab illis, qui nulla praevia denunciatione, aut dispensatione, coram Rectore et Parocho, fraude, ac dolo inductis, reluctantibus, et increpantibus, contrahunt, et tamen valide contrahunt?

XVI[I] Immo quamvis etiam supponeretur, ... Venerit [...] per Interdictum, in nostro casu relaxatum, intendisse non solum impedire simpliciter, verum etiam dirimere quodcumque matrimonium à Celso pendente appellatione contrahendum; adhuc tamen nostri dubij decisio videtur stare debere pro validitate matrimonij à Celso contracti.

XVII. Jam

XVII Nam unanimis est Doctorum sententia apud Suarez tom.
5. in 3. part. disp. 7. sect. 4. num. 5. et apud Sanchez
lib. 7. disp. 1. n. 4. solius Summi Pontificis et Concilii
Generalis ejus authoritate celebrati, ac confirmati,
esse, inducere, et instituere impedimenta dirimentia
matrimonium, cum res sit maxime ardua, et diffi-
cilis, ideoque nullum Praelatum inferiorem posse sua
prohibitione facere, ut aliquod matrimonium
sit irritum.
XVIII Igitur nec Sacra Nunciatura in nostro casu potuit
inducere per suum interdictum aliquod impe-
dimentum, dirimens matrimonium a Carlo pendente
appellatione contractum. Igitur cum nullum
[illegible] extiterit impedimentum dirimens ex qua-
tuordecim illis, quae per Sacros Canones, et Concilium
Trid.m fuerunt sancita, et introducta, et suppo-
natur concurrisse requisita a Christo Domino pro
validitate sacramenti matrimonii; videtur omnino
concludendum, matrimonium a Carlo initum fuisse,
ac esse validum.
XIX Itaque videtur fore, ut, si staretur primi casus deci-
sione, progrediendum ad decisionem secundi.*
* Quoniam vero nos mentis oculos plus amamus inten-
dere in motivorum, rationumque genuinam veri-
tatem, quam in earundem apparentiam: ideo animi
nostri sententiam super proposito dubio aperire
volentes, censemus, matrimonium a Carlo contractum
cum alia muliere, non obstante interdicto Sacrae
Nunciaturae, expresso in nostra facti specie, fuisse,
ac esse [illegible] invalidum, adeoque
velut irritum, ac nullum agnosci, et declarari
posse, ac debere.
XX. Quemadmodum enim certum est, olim semper fuisse
ac in praesenti esse in Ecclesia potestatem ordinandi
impedimenta circa matrimonium, non solum
impedientia, ita ut contrahentes, cum illud illicite
contraherent

contrahant, sed etiam dirimentia, quorum viam ijdem detant nulliter, et invalide contrahant, ut jugiter docuerunt, omnesque omnes Theologi, atque nunc decisum de fide per Conc. Trid. sess. 24. de Matrim. can. 4.

XXI Siquidem in Ecclesia debet esse potestas ad regendum populum spiritualem tendendum, quod convenit bono communi spirituali illius, et prout expedit tranquillitati et paci, ad bonum animarum ordinata; ad hujusmodi autem bonum, et pacem consequendam multum convenit, talia impedimenta seu impedientia seu etiam dirimentia instituere, prout de facto diversis temporibus fuerunt instituta, uti constat ex tot. tit. de consang. et affin. ex tit. de cognat. spir. ex aliorum sacrorum canonum lectura, nec non ex sacrorum conciliorum historia.

XXII Ita pariter certum est, ex eorundem sacrorum canonum institutione proditum esse impedimentum vetiti seu interdicti, videlicet prohibitionis, quam superior ecclesiasticus etiam papa inferior facere potest ac facit quibusdam certis personis, ne in quibusdam certis casibus contrahant matrimonium, interdicere enim non est aliud, nisi prohibere ne aliquid fiat cap. Significasti, de offic. Archidiaconi, cum concordantibus.

XXIII Nec solum ex sacrorum canonum dispositione proditum est interdictum pracise impediens, sed etiam dirimens matrimonium. Quod prodierit interdictum pracise impediens ex jam dictis satis superque constat: quod vero prodierit etiam interdictum dirimens est id, quod pro potissimo nostræ decisionis fundamento remanet probandum, atque ita probatur.

XXIV Extat constitutio pontificia generalis, decernens irrita matrimonia contracta contra judicis ecclesiastici interdictum

NB. et quæ dat facultatem quibuscunque superioribus ecclesiasticis in causarum pendentia interdicendi matrimonium sub nullitatis pœna, ne inter litigantes

liti

itis persona, cum alterius praejudicio praesumat alia nuptias contrahere, quas si inire praesumpserit, ea sine ipsi judices eas irritas declarare.

XXV Haec autem constitutio Pontificia est illa Alexandri Papae III., quae continetur in Cap.o Tua Fraternitas, de Sponsa duorum. Cum enim ipse Summus Pontifex ab Archiepiscopo Genuensi consultus esset, quid agendum de illis, qui litigantes in causis matrimonialibus, et interposita appellatione non expectantes sententiam diffinitivam, de facto contrahunt nova matrimonia in praejudicium causae et dictae partis collitigantis. Respondit ita a his verbis = Hoc arbitramur agendum, ut, si amodo in tali casu duxerint appellandum: eis in Ecclesia publice interdicas, ne ante decisionem causae aliud contrahant matrimonium. Et si contra interdictum Ecclesiae publice factum venire praesumpserint: matrimonium tam praesumptuose contractum poteris irritare =

XXVI Ex his autem Pontificiae Constitutionis verbis constat evidenter, eam esse Legem generalem, quae litigantem a Judice interdictum inhabilitat ad contrahendum novum matrimonium et de facto efficit, quod, si de facto praesumptuose contrahatur, sit nullum; adeoque potest irritari, seu invalidum declarari. Nam verba illa sunt generalia, nulli particulari personae, aut casui restricta; adeoque ita et taliter expressa, ut contra quoscumque contemnentes Interdictum, quod a quocumque Judice ecclesiastico legitime contra eos emanaret in pendentia praetensae causae matrimonialis, operentur ac efficiant praedictam nullitatem, dummodo, ut

NB. supponitur, idem Interdictum non contineat simplicem prohibitionem, sed una simul clausulam irritantem.

XXVII Enim vero illa verba Papae = Ut si amodo = significant imposterum seu perpetuis futuris temporibus consequenter indicant Legem generalem seu

Curaturam ... ac mentem ... circumcisa dilt.
et si leges ... de legibus cumque à nullo alio
Pontifice seu Concilio Generali fuerint unquam
retractatae, sequitur, eam efficere, quod Matrimonium praesumptuose contractum non obstante
Interdicto Iudicis Ecclesiastici, continente clausulam
irritantem, sit prorsus irritum ac nullum.

XXVIII Igitur cum in nostro casu à Sacra Nunciatura,
postquam coram ea fuisset causa introducta per viam
appellationis à Sello interpositae, emanaverit super
iusta ... instantia Interdictum, ne idem Sellus
pendente appellatione quicquam innovaret sub poena
nullitatis, et attentatorum; quid aliud judicari
potest de matrimonio à Sello cum alia muliere
contracto contra idem Interdictum, nisi quod illud
sit invalidum adeoque velut irritum ac nullum
agnosci et declarari possit ac debeat?

XXIX Nec scrupulum debet facere, quod hic agatur de Sacramento Matrimonii, ob cujus reverentiam Judicis Interdictum non videtur posse operari nullitatem; Nam
ipsum Interdictum non dirigitur ad destruendum
Matrimonium, ut Sacramentum est, sed ad irritandum contractum, inhabilitando scilicet contrahentes
ad valide contrahendum.

XXX Quoniam vero contractus matrimonii est basis et
fundamentum Sacramenti, sine quo idem Sacramentum subsistere non potest; ideo corruente
fundamento, nempe contractu, indirecte corruit
Sacramentum, quod eidem contractui debebat inniti
ut fuse demonstrat Suar. tom. 3. in 3.am part. disp.
4. num. 9., et est communis Theologorum doctrina
qui advertunt, noluisse Christum Dominum per se
instituere impedimenta matrimonii, sed eorum
institutionem reliquisse in facultate Ecclesiae, juxta
casuum et temporum exigentiam.

XXXI Unde infertur, quod nisi Ecclesia sibi soli reservasset
authoritatem instituendi impedimenta dirimentia
matri-

matrimonij etiam Principes saeculares possent de jure ea instituere in suis Regnis pro suis subditis, itaut sicut ijdem Principes irritant plures alios contractus civiles pro bono regimine totius Reipublicae, si contrahantur contra suam, eorum dispositionem, ut patet de contractibus minorum, pupillorum, mulierum, aliorumque; ita possent irritare matrimonia quae inirentur cum impedimentis ab eis praescriptis, prout docet ipsemet S. Th. lib. 4 contra Gentes cap. 78., et in 4. dist. 34. art. 1. ad 4. et cum eo omnes Theologi.

XXXIII. Quod autem de facto id nec licite, nec valide fieri possit a Christianis Principibus, est ideo praecise, quia cum contractui matrimonij ex Christi institutione sit annexa dignitas sacramenti, hujus ratione Ecclesia ad se advocavit quidquid concernit essentiam et validitatem, nec non irritationem, ac honestatem matrimonij, prout etiam fecit de causis concernentibus vel personas, vel bona ecclesiasticorum, ob spiritualitatem eis annexam.

XXXIV. Minus obstat, quod Gloss. in cit. cap. Tua Fraternitas, de Sponsa duorum, expresse ita dicat = Interdictum enim Ecclesiae non est tanta efficacia ut separetur matrimonium contra illud contractum = Quin potius novum addit fundamentum nostrae assertioni, si attendatur ad id, quod immediate ita subjungit = *nisi subsit causa scientiae = pro cujus existentia casu ipsamet Glossa praecedenter sic adnotaverat = Ex quibus colligitur quod matrimonium contra Interdictum Ecclesiae contractum sit omnino dirimendum = citatque inter alia jura etiam Can. Videtur Caus. 35. quaest. 6. ubi sic cogitur quod contra Interdictum Ecclesiae factum est, tamen non habere, tam divina, quam humana legis proclamat authoritas.

XXXV. Et revera tam jus Canonicum, quam jus civile statuunt, et disponunt, quod attentata contra cujuscumque prohibitionem judicis sint omnino nulla et penitus revocanda, Cap. non solum, de Appell. in 6. ff. fin.

ff. fin. ff. de quo in loco publico, ff. qui vetaale ff. de re judicata, cum concordantibus.

XXXVI Propterea hic rursus est reflectendum ad bifariam Interdicti qualitatem, quam distinguendo adnotat mox citata Glossa, nosque jam sub initio ejusdem meminimus. Vel enim continet simplicem prohibitionem * ob causam temporalem et tunc est impedimentum præcise impediens; vel continet irritationem, ob causam perpetuam et tunc est impedimentum dirimens.

XXXVII Causa perpetua, quæ requiritur pro Interdicto irritante ac dirimente, est ea, quæ jugiter, indesinenter et semper urget, ne matrimonium fiat, factumve subsistat, videlicet ob irreparabile aliquod grave malum seu detrimentum alicui ex sponsis resultans: inter quæ mala aut detrimenta præcipue connumeranda venit defloratio sponsæ, quam initis sponsalibus sponsus ejus fecit, et deinde, ad alias nuptias transire tentaret; tunc enim ob urgentissimam causam reparandi violatam pudicitiam primæ sponsæ, et injuriam irrogatam etiam toti ejus familiæ, nec non legitimandi prolem, siqua fuisset suscepta, devenitur ad Interdictum contra sponsum ad Interdictum dirimens quodcumque aliud matrimonium, quod contrahere tentaret, pendente lite.

XXXVIII Cum igitur talis perpetua causa urgeat, et summopere urgeat, ne Felix in circumstantiis nostri casus contrahat matrimonium cum alia muliere. Sed illud contrahere debeat cum Livia, eo quod nulla alia via reperiri possit pro resarciendo ejus honore, ac injuria illata etiam toti ipsius familiæ, pro reparanda illegitimitate prolis susceptæ, et pro adimplendo juramento nisi eam ducendo in uxorem: Ideo a Sacra Nunciatura jure optimo emanavit contra Felicem Interdictum ne pendente appellatione quicquam innovaret, sub pœna nullitatis, et attentatorum: hanc enim interdicendi facultatem habet Sacra Nunciatura, immo quilibet Superior ecclesiasticus, dependenter a dispositione juris Canonici, contenta in prælaudato Cap. Tua Fraternitas, de Sponsa duorum.

judex

Judex autem est minister legis, et a lege recipit potestatem operandi, et decernendi, quod ordinatum est a Lege.

XXXIX "Adeoque, cum hoc interdictum sic legitime emanatum, contineat nudam ac simplicem prohibitionem ob aliquam causam levem seu temporalem, sed contineat clausulam irritantem, poenamque nullitatis, ob causam perpetuam, et urgentissimam: necessario datur inferri sicut etiam inferimus, quod Caelius matrimonium contrahendo cum alia muliere, non obstante dicto interdicto, irrite ac nulliter illud contraxerit, adeoque velut invalidum ac nullum sit omnino agnoscendum et declarandum."

XL "Si quis tamen esset, qui praetenderet antefatam Alex. II constitutionem contentam in Cap. Tua frater de sponsalibus, restringendam esse et declarandam irritantem tantummodo matrimonium post interdictum judicis solummodo pro casu, quo in contrahente praeexisteret aliquod impedimentum dirimens, quod est dicere, si primum matrimonium, de quo literas mota fuerit validum: non autem si cesset quodcumque impedimentum dirimens, primumve matrimonium vel fuerit invalidum, vel adhuc non fuerit contractum:"

XLI Responderemus "Hanc oppositionem nullum habere fundamentum, esseque mere divinatoriam. Siquidem Summus Pontifex loquitur absolute ac generaliter, annullando quodcumque matrimonium contra interdictum Ecclesiae, pendente appellatione, praesumptuose contractum. Lex autem generaliter loquens, est generaliter intelligenda, juxta elementaria utriusque juris principia."

XLII "Etenim alias verisimile non est, quod si Papa intellexisset irritationem secundi matrimonii pendere ab aliquo impedimento dirimente, quo contrahens fuisset antecedenter affectus, hanc distinctionem non expressisset et non ita dixisset = Si in decisione causae constiterit de validitate primi matrimonii vel de aliquo impedimento dirimente, potest secundum matrimonium irritare"

XLIII "enim

XLIII. Verum Papa nihil distinxit, sed decrevit, ut statim contempto interdicto secutum matrimonium irritum declaretur; igitur distinctio in facta oppositione adducta non est ullatenus adaptanda Pontificia constitutioni, quae prorsus sine illa est intelligenda iuxta regulam communiter receptam, ubi lex non distinguit neque nos distinguere debemus. Immo si cum ea distinctione foret intelligenda, aspera lex penitus inutilis, nec ullum ejus verba operarentur effectum; quis enim est, qui ignoret, quod impedimentum dirimens praeexistens in contrahente semper reddit nullum et irritum matrimonium sive nullum sive quaecumque praecesserit Ecclesiae interdictum.

XLIV. Ergo lex recte intelligatur ad rationem legis, quae est ejus anima est recte attendendum. Ratio autem et quidem manifesta, per quam Papa voluit posteriora matrimonia esse irrita fuit et est haec, quia stante interdicto Ecclesiae contrahuntur praesumptuose et cum ejusdem Ecclesiae contemptu, et quia lite pendente contrahuntur cum gravi alterius partis collitigantis detrimento, quod supponitur* esse irreparabile, quemadmodum denotant ejusdem constitutionis illa verba = tam praesumptuose contractum = et illa sine sententia ante decisionem causae =

XLV. Quamobrem contrariae opinantium auctoritatem nihil pluris aestimamus, quam eorum valeat interpretationis ratio, quae nullum habet fundamentum. Neque enim accidit infrequenter quod aliqui legum interpretes sint earum adversarii, et quod in eisdem explicandis etiam ii, qui jurisperiti censentur, multum hallucinentur; ideoque clara legis dispositio, ejusque ratio est attendenda, contraria contrariorum opinione rejecta.

XLVI. Nec etiam obstant, quae longa manu fuere prolimi-nariter coacervata circa Ecclesiae vetitum ejusque effectum, quod per jura allegata praetendebatur esse tantum impedire, non dirimere matrimonium contra ipsum contractum: cum summus Pontifex Alexander III. in toto tit. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae, semper respondent

mat.

matrimonium ipsum ita contractum esse validum, et imposita pœnitentia salutari contrahentibus, ob contemptum interdicti, eosdem esse relinquendos in ipso matrimonio.

XLVII. Non inquam, hæc obstant, quia in illis interdictis, quæ Episcopi tunc renovabant, non constat additam fuisse pœnam nullitatis, unde sequitur, quod fuerint simplices prohibitiones, et per consequens matrimonia contracta fuisse illicita, sed non invalida. Et de hoc interdictorum genere recte procedunt, quæ ad instar [illegible]

XLVIII. Quo autem interdicta illa contenta in textibus prædict. sit, fuerunt simplices prohibitiones, et non includebant pœnam nullitatis, quia in nullo eorum casu acciderat defloratio sponsæ, aut alia urgentis causa perpetua, ne matrimonium contraheretur; Vol. I non mirum, si Papa tunc respondit, matrimonia contracta contra interdictum Ecclesiæ non esse irrita, sed contrahentes salutari pœnitentia tantum esse puniendos, II siquidem cessante causa irritationis, et causa finali ejusdem, effectus quoque nullitatis cessare debet, cap. cum cessante, de appell. §. S. Pater, ff. de Hæred. instituendis.

IXL. Cum vero in nostro casu agatur de interdicto continente pœnam nullitatis ob causam urgentissimam ac perpetuam, prout jam demonstravimus, necessario est III concludendum, quod matrimonium a Callo contra illud contractum fuerit, ditque nullum, ac invalidum, juxta dispositionem Canonicam contentam in supra cap. Tua fraternitas, de sponsa duorum.

L. Tandem nec obest, quod dictum fuit, solius Summi Pontificis ejusque Concilii Generalis esse inducere impedimenta dirimentia matrimonium. Adeoque neminem Papa inferiorem habere hujusmodi potestatem, et per consequens interdictum a Sacra Nunciatura emanatum habere non potuisse vim dirimendi matrimonium a Callo contractum. Nam spectat quidem ad solum Papam instituere nova impedimenta dirimentia, sed interdictum de quo nos loquimur non est de novo introductum; immo est ab ipsa Ecclesia recognitum, institutum, et approbatum, et receptum inter sacros Canones, quorum vera executio est omnibus judicibus ecclesiasticis commissa pro causarum exigentia.

Cum, II [illegible]

Berta Viri? semestre matrimonij init cum Cajo milite, qui, ea relicta, discessit ad bellum contra Turcas, alio se contulit, ibique adhaesit Titio, et cum eo ita convixit, ut veri conjuges communiter crederentur; Cum autem Titius mortuus esset, et ipsa Berta ad alium locum divertisset, ibi eo, factis probationibus de morte Titij tanquam mariti, per verba de praesenti in faciem Ecclesiae nupsit Sempronio, cum jam lapsi fuissent anni 25. à die discessus Caij legitimi ejus mariti. Nunc autem eadem Berta rem totam aperit confessario. Unde oritur

Dubium, quid confessarius judicare debeat in hac facti specie, et quale consilium, aut auxilium dare possit eidem Bertae?

I Quo facto hac super decisione disponimus pro ratione gravitatis, difficultatisve; eo brevius pastoralis casus decisionem expediemus, quia, licet materia sit gravis, propositi tamen dubij resolutio est facilis.

II Itaque cum primis censemus, confessarium judicare debere matrimonium Bertae cum Sempronio esse nullum, si, dum cum eo contraxit, vere credidisset, Cajum legitimum maritum vivere, et sciens, se non posse alteri nubere, habuisset animum non vere nubendi; quamvis revera ipse Cajus jam mortuus fuisset.

III Si vero supponamus Cajum suum maritum de facto esse mortuum, intendisset vere nubere Sempronio, cum eo verum matrimonium contraxisset, si vero ipsa ejus primus maritus antea esset mortuus, quod evidenter probatur per Cap. 2. de secundis Nuptiis, ubi ita disponitur — Sane super matrimonijs, quae quidam ex vobis (non habita obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt, id vobis respondemus ut nullus amodo ad secundas Nuptias migrare praesumat, donec ei constet quod ab hac vita migraverit conjux ejus. Si vero aliquis, vel aliqua id hactenus non observavit, et de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei, quae sibi nupsit, debitum non denegat postulanti, quod à se tamen noverit nullatenus exigendum. — et cum hac canonica dispositione concordat altera, contenta in Cap. 44. de excommun.

IV. Nec

IV. Nec obstat, quod in Cap. 19. de Sponsalibus Clemens Papa III ita respondeat: Consultationi ergo tuae taliter respondemus, quod quantocunque annorum numero ita remaneant, (videlicet mulieres sine viris peregrinationis vel captivitatis causa absentibus) viventibus viris suis non possunt ad aliorum consortium canonice convolare, nec authoritate Ecclesiae permittas contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte virorum. Quia hujus Pontificiae constitutionis interpretatio fieri debet cohaerenter ad claram dispositionem praecit. Cap. de Secundis Nuptiis; ita nempe intelligi debens vel de illicito matrimonio tractum, vel de nullo, si vere prior maritus vivat. Et ideo in nostro casu si Cajus primus maritus Bertae vere mortuus erat, et ipsa voluit vere nubere Sempronio, etsi incerta de primi mariti morte, matrimonium cum Sempronio validum est censendum.

V. Sive tamen Cajus primus maritus vere mortuus fuerit, sive adhuc vivat, adeoque sive revera matrimonium Bertae cum Sempronio sit, sive non sit validum; nihilominus debet Confessarius judicare, quod si Sempronius bona fide duxit Bertam tanquam viduam post mortem Titij, adulteri, quem credebat fuisse ejus legitimum maritum, ipsa Berta petere quidem nunquam possit, reddere tamen debeat Sempronio debitum, si ex ejus denegatione, timere possit periculum infamiae vel mortis, aliave gravia damna ipsi Bertae imminere possint; quia minus malum est reddere cum incertitudine, seu potius cum probabili praesumptione mortis ejus, quam denegare Sempronio quod ex justitia petit.

VI. Consilium autem, quod Confessarius dare potest Bertae, est ut curet divortium facere cum Sempronio, seque recipere ad aliquod monasterium, donec certa notitia habeatur de morte primi mariti, dummodo id commode ac sine scandalo fieri possit. Auxilium vero, quod praestabit, erit scribere litteras viris pietate et auctoritate pollentibus, qui in locis [illegible] [illegible] [illegible], ut informationem sumant de nomine et cognomine primi dicti mariti, et praesertim inquiri faciat in libris militum aut remigantium [illegible] etiam si forte de eo mentio aliqua reperiatur. [illegible] vero ipsa Berta poenitentiam agat, et a [illegible] [illegible] poenitentiam pro praeteritis culpis, ex [illegible] [illegible] qua [illegible] [illegible] matrimonium cum Sempronio.

Pro Congregatione 17. Julij 1742.

Casus I.

Sempronius in supremis voluntatis suae tabulis reliquit et ordinavit, ut post ejus mortem erigatur una capellania in Ecclesia S. Pauli ad Altare S. Antonij, congruam dotam pro Altari constituendo et annuos redditus septuaginta ducatorum pro Capellania, cum onere, ut Capellanus, a suis Agnatis haeredibus perpetuo eligendus missas ad idem Altare legitimo impedimento cessante, omni die celebret, hora ante meridiem, pro eorum commoditate, qui missam tarde solent audire. Unde oritur

Dubium, an Capellanus, post mortem Sempronij eligendus, debeat esse Sacerdos, qui singulis diebus, nullo excepto, hora a Testatore praescripta, ad Altare dictae Capellaniae sit adstrictus personaliter celebrare pro anima ejusdem Testatoris?

Casus II.

Lucius in Testamento suo, in quo nepotem haeredem instituit, ordinavit, ut, eo defuncto, pro anima sua celebrentur missae quingentae, post annum autem fecit codicillum, in quo titulo legati reliquit Cajo suo pronepoti ducatos centum cum onere his verbis expresso: ut eo defuncto, praeter missas in suo Testamento expressas, celebrari faciat missas centum pro anima sua. Unde oritur

Dubium, an Cajus, acceptato legato, teneatur celebrari facere etiam missas in Testamento ordinatas?

I. Sub

I Sub uno eodemque dubio, quod super primo ex calibu
in hodierna Congregatione per Nos decidendi
proposuimus, plures involvuntur quaestiones, vi
delicet, an eligendus pro Capellania instituta a Sem IV.
pronio debeat esse Sacerdos, qui per se ipsum cele
An singulis diebus nullo excepto, missa celebrari
debeat. An sit obligatio praecise eam celebrandi
tempore, ac loco per Sempronium expresso.
Et an missae applicatio fieri debeat pro anima
ipsius Sempronij Capellaniae fundatoris.

II Si pro regula generali, eaque certa, et infallibili tenen
dum est, ultimam quorumcumque testatorum voluntatem
esse adimplendam, dummodo ejus executio tam
physice, quam moraliter sit possibilis, quia
eousque dispositio pro Lege haberi debet, ut
in Novella 22. cap. 2. dicitur his verbis Disponat
unusquisque super suis, et dignum est, et V.
et sit Lex ejus voluntas; Et ideo in Novella
1. in praefat. §. 1. sic legitur. Sustinendum est compe
tentes deficientium dispositiones, quaecumque non
repugnant Legibus, omnibus modis adimpleri.

III Multo magis id observandum est circa testatorum
dispositiones ad pias causas. Unde communis extat
Theologorum, et Canonistarum sententia, neminem
praeter Summum Pontificem relicta ad certas
pias causas, in alios usus, vel causas, etsi eviden
ter meliores essent, commutare posse, si volunta
determinata defuncti commode, ac juste adim- VI
pleri potest, cum ea pro Lege habenda sit juxta
Can. 4. cau. 13. quaest. 2. et Capit. Nos quidem de
Testam. et ultim. voluntat. nec non per Clemen
tinam, Quia contingit de Religios. domib. ut
exsequi

expresse dicitur, quod ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Sedis Apostolicæ authoritate) converti.

IV. Atque in tantum etiam procedit, ut nec possit introduci contractus, qua habeat vim derogandi manifestæ voluntati pij legantis, vel beneficij fundatoris, ut notavit insignis Canonista Drosler Wagner in cap. Ut Abbates num. 107. de ætate et qualitate et ord. præficiend. et constat ancitor. Concil. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 5. ita præcipientis = statio postulat ut illis, quæ bene constituta sunt, contrarijs ordinationibus non detrahatur: quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacunque alia dispositione, eis non derogetur.

V. Quare pro resolutione quæstionum, quæ in nostro dubio proponuntur, satis videtur pranosse ante dictam regulam generalem, simulque comprehendere præcisum tenorem voluntatis, ac dispositionis Semproni, capellaniæ fundatoris. Verum recte potius difficultatis summa reducitur in intelligendo, et judicando, quæ, ac qualis revera fuerit ipsius fundatoris voluntas, et intentio in suo Testamento expressa, quo ad ejusdem capellaniæ fundationem, capellani qualitatem, annexumque onus celebrationis missarum.

VI. Pro recte intelligenda Testatorum voluntate quando ea ex præcisis Testamenti verbis non est satis expressa, et manifesta, sed vel generalis, vel certa

obscura

obscuras et ambiguas plures respective statuuntur regulas a Doctoribus, ut sunt sequentes, quae etiam pro intelligenda voluntate nostri fundatoris videntur posse conferre.

VII. Quando voluntas Testatorum est dubia, semper interpretanda venit secundum juris communis dispositionem, sic Cardinalis Mantica de Interpret. Ultim. Volunt. Lib. 13. tit. 1. num. 23. et cum eo tradunt communiter Civilistae, et Canonistae = Voluntates defunctorum sunt intelligendae juxta voluntatem viventium, idest in eo sensu, in quo respondissent, si dum vivebant fuissent interrogati, arg. L. Quoniam Cod. de Natural. liberis, quam regulam amplectuntur universaliter juristae. = Item sunt intelligendae secundum consuetudinem patriae, non attento verborum cortice, vel abusivo loquendi modo, quo non raro utuntur ipsi Testatores etiam in fundatione beneficiorum, seu Capellaniarum.

VIII. His non incongrue praemissis, ut animi nostri sententiam pro singularum quaestionum, quae in proposito dubio continentur, decisione exponamus. Censemus, Capellanum, post mortem Sempronii eligendum, non debere esse sacerdotem, nec in tali aetate constitutum, ut intra annum potuerit fieri sacerdos, sed sufficere si sit Clericus quatuordecim annorum. Singulis autem diebus, nullo die excepto, nec in hebdomada, nec in mense missas celebrandum esse, observando tempus, et locum a Testatore praescriptum: ipsamque missam, seu per Capellanum, seu per substitutum celebrandam, applicari debere pro anima ejusdem met Testatoris.

IX Quod Capellanus eligendus non debeat esse sacerdos, sed possit esse etiam Clericus quatuordecim annorum

annorum, judicamus cohaerere universali, ac constanti
Doctorum opinioni, canonizatae, non solum per Sacram
Rotam, sed etiam per Sacram Congregationem
Concilij: quod, nempe, quotiescumque Testator 26.
non obligavit Capellanum, ut personaliter et
per se ipsum celebret, Capellania non sit Sacer
dotalis, quamvis etiam dixisset, ut eligatur Sacer
dos in Capellanum; et per consequens illa potest
conferri etiam Clerico annorum quatuordecim.

X. Omittendo referre magnam tam Moralistarum, quam
Canonistarum phalangem, quorum authoritate
nititur haec sententia, sufficere posset allegare
authoritatem celebris Canonistae Pagnani in Cap.
Ut Abbates sub num. 64. de aetat. et qualit. &.
nec non Jurisconsult. Pignatelli qui tom. 7. consult.
33. num. 6. scripsit his verbis = Imo etiamsi
Testator dicat quod praesentetur seu instituatur
Sacerdos, vel Presbyter, qui missas celebret, adhuc
posset per alium celebrare, et capellania non
esset sacerdotalis, sed posset conferri simplici
Clerico, ut tradunt Rota in Firmana Altaris 5.
Decembris 1597. coram Blanchetto, et in Campi
conen. Sacrificij 11. Februarij 1591., et in portio
nibus terminis idem respondit Sacra Congregatio
Concilij in Ariminen. 17. Maij 1636. ubi manda
batur eligi unus presbyter bonus, qui continuo
celebret missas &. Et nihilominus S. Congregatio
censuit sic electum non teneri per se ipsum
celebrare, quia non dictum erat per se ipsum =
Hoc Pignatellus.

XI. Distinctius in rem nostram facit decisio ejusdem
Sacrae Rotae coram Merlino decis. 825. num.
8. ubi sic legitur = Et quod Domino in

hanc

hanc resolutionem maxime impulit, illud fuit quod Sacra Congreg. Concilij hanc tenet sententiam, cujus resolutiones Rota semper reverenter excipit et sequitur. Sacra enim haec Congregatio pluries respondit, nisi fundator expresse dixerit, quod praesentandus celebret per se ipsum, beneficium non esse sacerdotale, et posse per alium adimpleri onus missarum, ut in Resolutione impressa anno 1630. post sess. 24. num. 12. de Reform. in fine, et aliae duae extant Resolutiones ejusdem Sacrae Congreg. impressae eodem anno 1630, post sess. 25. cap. 5. de Reform. et tres habentur apud Garziam de Benefic. part. 7 cap. 1. num. 47. alia vero ibidem num. 93. quarum omnium brevior, et magis concisa est hujus tenoris = Habens capellaniam non tenetur promoveri ad sacerdotium, dummodo in fundatione cautum non sit, ut capellanus per se ipsum missas celebret =

XII Itaque cum Sempronius capellaniae institutor non dixerit capellanum a suis agnatis haeredibus eligendum, debere esse actualiter constitutum in ordine sacerdotali, minusque dixerit capellanum eligendum personaliter, seu per se ipsum missas celebrare debere, sed dixerit solum quod capellanus eligendus omni die celebret tempore ac loco per ipsum determinato: ex praefatis Doctorum, Sacrae Rotae, ac Sacrae Congregationis Concilij decisionibus et resolutionibus concludentissime comprobatum remanet, quod capellanus ab agnatis haeredibus Sempronij eligendus, seu praesentandus, ex mente ac intentione ejusdemmet Sempronij non debeat esse sacerdos, sed sufficit esse etiam clericus sub tredecim annorum.

XIII

XIII Quod autem singulis diebus, nullo die excepto nec in hebdomada, nec in mense, missa celebranda sit, observando tempus, et locum a Testatore praescriptum, majoris videtur esse difficultatis, non quidem circa tempus et locum celebrationis missarum, cum utriusque determinatio clare, ac expresse facta fuerit ab ipsomet Temperonio, Capellaniae fundatore, qui voluit praecise, ut ad Altare S. Antonij hora ante meridiem Missa quotidie celebraretur, exprimendo motivum praefinitionis temporis, commoditatem scilicet eorum, qui missam tarde solerent audire; adeoque ejus voluntas,

XIV cum pro Lege haberi debeat, est in terminis adimplenda.

Verum difficultas apparere videtur circa quotidianam missarum celebrationem adeo rigorose sumptam, ut ea pro nulla die possit omitti. Obstat enim celebris dispositio Capit. Significatum de Praebendis, cujus tenor est sequens: Significatum est nobis quod cuidam sacerdoti praebendam unam in Ecclesia vestra communi voluntate dedistis: ita quod missam de Sancta Maria, nisi corporis infirmitate gravatus sit, debeat quotidie celebrare, et ecclesiam vestram nonnisi communi, tam Praepositi, quam Capituli assensu possit dimittere, vel cuiquam praebendam illius anniversarium delegare. Quam siquidem institutionem catenus confirmamus, ut praedictus sacerdos nisi infirmitate corporis fuerit impeditus assidue debeat obsequium suum impendere Ecclesiae memoratae, et quanto frequentius poterit, salva honestate sua et debita devotione, missarum solemnia celebrare, nec sibi liceat hoc illi subtrahere, sive causa voluptatis, sive se ad aliam Ecclesiam transferendo.

XV Ex hac Canonica dispositione Doctores communiter inferunt, beneficiatum, licet Capellanum etiam

ex

ex lege fundationis gravatum expresso onere cele-
brationis missæ quotidianæ posse aliquoties ex
devotionis causa abstinere, et Barbosa allegat.
2[illegible] num. 28. Antonellus de tempore legit. lib.
2. cap. 6 num. 10. et 11, aliosque Doctores
pridem arctiorem sequentes, pro regula statuunt
obligatum quotidie celebrare ex causa majoris
honestatis, seu reverentiæ ac devotionis posse
unam missam in hebdomada omittere.

XVI Hæc tamen doctrina nequaquam est applicabilis nostro
casui, siquidem ea procedit de beneficiato, seu
capellano, qui personaliter, seu per se ipsum cele-
brare debet, uti patet ex citata canonica dispo-
sitione [illegible] Cætera = debeat quotidie celebrare; et
[illegible] vestram nihil [illegible] tam dispositi,
quam [illegible] posse dimittere vel cujus-
præbendæ illius anniversarium delegare = et
de hujusmodi beneficiato tantummodo procedit
regula Doctorum qui judicant semel in hebdo-
mada missæ celebrationem posse omitti.

XVII Cum igitur Capellanus in nostro casu non teneatur
ex lege fundationis personaliter, seu per se
ipsum celebrare, sed ei celebrare liceat per
substitutum, ex eadem vero autem lege fundation.
constet onus quotidianæ celebrationis hoc erit
omnino adimplendum, sicque subsistit et subsiste-
re debet nostra decisio, quod tam [illegible] singulis
diebus, nullo die excepto, nec in hebdomada nec
in mense, missa celebranda sit, observando tempus
et locum a fundatore præscriptum. Ita
in puncto advertit Zerola in summa tom. 3.
verb. Missa num. 4 [illegible], et explicat Barbosa
de jure Ecclesiastico univers. lib. 3. de
capellanijs cap. 5. num. 37. cum Doctoribus
ab eodem allegatis.

XVIII. Tamen

XVIII Demum quod dicta missa seu per Capellanum seu per substitutum quotidie celebranda applicari debeat pro anima ipsius Fundatoris, adeo clare ac evidenter demonstratur tam ex ratione quam ex authoritate Doctorum, immo ex declaratione ipsiusmet sacrae congreg. Concilij.

XIX Praelaudatus insignis Canonista Pagnanus in Cap. Significatum de Praebend. et Dignit. num. 44. sic docet: Qui dant eleemosinam pro Missa, licet aliud non exprimant, communiter intendunt, ut sacrificium sibi applicetur, idemque intendunt beneficiorum fundatores; cum hoc sit eis utilius arg. l. 3. ff. de Castren. militis, et observat Scot. quodlib. 20. §. De secundo vers. Potest; et paulo post. Itaque hic casus (de non applicanda nempe missa) solum fere posset verificari, ubi Benefactores exprimerent se nolle Sacerdotem obligare nisi ad solam Missae celebrationem, non autem ad illius applicationem, quod forte vix unquam contingit.

XX In nostro autem casu Sempronius Capellaniae fundator nihil se expressit circa applicationem missae, nec dixit, se nolle Capellanum obligare, nisi ad solam missae celebrationem, quamvis ejus celebrationis tempus expresserit pro commoditate eorum, qui tarde missam audire solent. Igitur censeri debet intendisse pro se ipsius missae applicationem. Siquidem petens simpliciter missam nulla facta mentione de applicatione, nec quod velit eam pro se, nec pro alio, praesumitur voluisse id, quod includit missa, haec autem includit sacrificium. Igitur petens missam ex quadam necessaria consequentia petit applicationem sacrificii, quae nisi exprimatur pro alio pro ipso missam petente fieri debet.

XXI Quare Bordonus var. Resol. tit. 1. Resol. 25. num.

4. dic

4. Sic ratiocinatur = sacerdos obtinens capellaniam et redditus pro obligatione celebrandi quotidie licet de applicatione sacrificij sibi non constet adhuc teneretur applicare pro Patrono capellaniæ ut cum Sylvestro Verbo Missa n. 23. de communi testatur [illegible] Barbosa Cons. 14. quia præsumendum est fundatorem sibi voluisse consulere omni meliori modo =

XXII Consentit Pignatellus huic sententiæ plenissime adstipulando, tom. 3. Consult. 61. num. 4. ubi firmat, eum, qui tenetur celebrare ratione Beneficij Legati, seu Salarij, non posse recipere aliam eleemosinam pro applicatione ex Decreto Sacræ Congreg. confirmato ab Urbano VIII. hanc addit rationem = siquidem præsumitur, quod fundator, qui missas voluit celebrari, eo magis voluerit sacrificium sibi applicari; ideoque intrat dispositio dicti Decreti, quod emanavit ad voluntates fundatorum declarandas ne debito sacrificij suffragio fraudarentur =

XXIII Quamobrem cum Sacræ Congregationi Concilij in causa Janeun. Applicationis Sacrificij, die 18. Martij anno 1668. facta fuisset sequens expositio = Ex dispositione Testamentaria antiquitus facta a quo Testatore reperitur fundata quædam capellania cum onere capellano pro tempore cum faciendi singulis Dominicis aliisque festivis diebus nulla adiecta declaratione, ad cujus suffragium applicandum esset sacrificium; ideo Episcopus diversis supplicat, per Sacram Congregationem declarari, an hujusmodi sacrificium applicandum sit pro anima ipsius Testatoris an vero ad libitum capellani uti hactenus factum esse comperit = Sacra Congregatio Concilij respondit = applicandum esse sacrificium pro anima Testatoris.

XXIV [illegible]

XXIV Cum igitur pro regula certa et generali statuendum tenendumque sit, quod, dum appellationem seu benedictionem fundatores missarum onus exprimunt nomine proprio earundem missarum applicationem, hoc fieri debeat pro ipsis fundatoribus, necessario debet inferri in nostro casu quoque pro anima fundatricis Sempronii missas ab eo institutas esse celebrandas et applicandas.

I. Sic stabilita decisione prioris casus, ad posterioris decisionem progredimur. Totam difficultatem quae in hoc casu reperitur faciunt illa verba quibus Cajo legatario fuit onus impositum. Discordia esse potest inter ipsum Cajum legatarium et haeredem ejusdem defuncti haeredem. Legatarius videtur posse praetendere se non teneri, nisi ad celebrare faciendum missas centum, quia verba illa = praeter missas in Testamento expressas = videantur esse exceptiva et exclusiva, quae non removeat onus ab haerede. Haeres e contra videtur posse praetendere, obligationem missarum quingentarum quae in Testamento fuerunt expressae, transiisse in legatarium, quia verba illa, quibus legatario fuit onus impositum, videantur includere etiam missas in Testamento expressas.

II. Itaque tota difficultas reducitur ad intelligendum sensum illius dictionis = praeter =, quae alias satis est ambigua; in jure enim aliquando sumitur exclusive, aliquando vero inclusive, ut notat Calvinus in suo Dictionario verbo Praeter, et Antonius Nebricensis in Vocabulario utriusque juris eod. verb. Praeter, nec non Barbosa de dictionibus usufrequentibus, dictione 279. num. 2.

III. Quae non solum comprehenditur ex pluribus juris civilis textibus, sed etiam ex variis locis sacrorum canonum

canonicum, et ex textu in cap. Adjicimus, cau. 16. quest. 1. ubi dictio præter stat exclusive. In textu in cap. Error cau. 13. quest. 2. ubi eadem VII. dictio similiter è contra inclusive: quod vero in textu cap. literas, de præsumptionibus, plane dictio præter accipi possit tam exclusive, quam inclusive, testatur Glossa ibidem in verb. præter.

IV Quidquid tamen sit de textu ambiguo, quem dictio præter suo diversis dubionem casuum circumstantiis habere potest nos, devenientes ad decisionem propositi dubij, an casus acceptans legato teneatur celebrare facere, etiam missas VIII in Testamento ordinatas, censemus dictum casum legatarium non teneri celebrare facere, nisi centum dictas adeoque haredem remanere obligatum ad celebrare faciendum missas quingentas in testamento expressas.

V Nam ex communi jurisconsultorum doctrina dictio præter stat inclusive et augmentative, quando adjicitur rebus diversi generis, et à se separatis: exclusive vero, quando concernit res ejusdem generis et qualitatis. Ita citatus Antonius Nebriensis in IX. dicto suo Vocabulario utriusque juris, verb. præter, ubi exemplificando dicit includere, seu augmentare legatum si Testator dicat = lego tibi campos meos præter domum =; sed excludere, si dicat = lego tibi libros meos præter Bartolum. In primo enim casu campi et domus spectant ad legatarium in secundo libri Bartoli ad illum non spectant.

VI. Idem docet Barbosa Dict. 279. num. 5., ubi dat hæc exempla. Lego tibi omne argentum meum præter libros = in quo casu cum argento continetur legat. etiam libri qui sunt diversæ qualitatis. At si dictum sit = lego tibi omnes vestes meas præter pallium =; in hoc casu pallium non est legatum sed exclusum; quia est ejusdem generis

generis seu qualitatis generica cum vestibus 2.
Namque quod q. de Lena legat.

VII. Jam vero in nostro casu Testator injunxit missas centum Legatario praeter quingentas in Testamento ordinatas. Igitur missae cum sint ejusdem speciei et qualitatis, hae non includunt illas, sed hae et illae stant exclusive et ad invicem sunt separatae, ita ut obligatio celebrare faciendi missas praescriptas in Testamento spectet ad haeredem, illas vero centum ordinatas in Codicillo ad Legatarium.

VIII. Et equidem si Testator voluisset transferre in Legatarium obligationem celebrare faciendi missas ordinatas in Testamento, hoc manifeste ac claris verbis demonstrasset, dicendo ex. cau. ut celebrare faciat pro anima sua centum missas, et praeter eas etiam missas quingentas in Testamento ordinatas; quod cum non fecerit, censeri debet noluisse dictam obligationem in Legatarium transferre, ex regula juris, quae docet quod Testator cum dixit, praesumitur noluisse 2. quidam cum filium f. de haered. instituen.

IX. Facit etiam ratio, quod in dubio voluntas Testatoris sit interpretanda secundum juris communis dispositionem, ut cum communi tradit Card. Mantica de Conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 1. num. 25. Jus autem commune disponit quod ab Haerede solvi et adimpleri debeant omnia et singula Legata in Testamento ordinata, quandoquidem Legatum est donatio a Testatore relicta ab Haerede praestanda §. Legatum Instit. de Legatis, 2. Legatum f. de legatis 2.; cum igitur Legatum quingentarum missarum sit in Testamento manifeste expressum, nec ullum adsit probabile fundamentum, quod Testator illius onus transferre voluerit in Legatarium, debet inferri non per Legatarium sed per haeredem adimplendum esse onus missarum quingentarum &.

X. Huic

X Huic juris communis textui accedit etiam haec simu-
tuum quod si verba sint ambigua circa expressio-
nem legati, ea debeat interpretanda in augmentum
non in diminutionem legati §. sibis, quo ducenti
ff. de rebus dubijs; quod maxime procedit, si
legatum sit a Testatore relictum personae sibi
conjunctae, tunc enim est late interpretandum
ad favorem legatarij, ut tradit Menochius cons.
137. num. 8.; Et cit. Card. Mantica de conject.
ultim. volunt. lib. 6. tit. 11. a num. 23. et seqq.
probat hanc regulam procedere etiamsi haeres
esset magis conjunctus, prout verificatur in nostro
casu.

XI Denique haec invincibilis et firmissima ratio urget
ad favorem nostri legatarij contra haeredem,
quod natura legati est ut sit lucrosum et emo-
lumentum, ac utilitatem afferat ei, cui est
relictum §. si haereditatem ff. mandati §.
legatum ff. de legatis 1. Menochius consil. 162.
num. 26. et consil. 230 num. 7. ubi ait quod
esset contra naturam legati, si utile, et lucrosum
non foret. Idque ut dicebamus, maxime procedere
debet, si legatum sit relictum personae conjunctae.

XII In nostro autem casu si Cajo legatario, Testatoris
pronepoti imponeretur obligatio celebrare faciendi
praeter Missas centum etiam Missas quingentas
in Testamento ordinatas, legatum centum duca-
torum ei relictum nullatenus foret lucrosum
sed potius damnosum, ut consideranti patet;
igitur ne destruatur natura legati est omnino
concludendum, prout decidendo resolvimus, Cajum
legatarium ~~...~~ in circumstantijs nostri casus,
non teneri celebrare facere, nisi centum missas
adeoque haeredem remanere obligatum ad facien-
dum celebrare Missas quingentas in Testa-
mento expressas.

In Congregatione diei 25. Mensis 7bris 1742.

Casus I.

Caecilia, mortuis parentibus, iniit sponsalia cum Caelio, contra voluntatem patrui tutoris, et rei familiaris administratoris: quare, relicta domo paterna parrochia S. Petri, cum animo deliberato ad eam numquam amplius revertendi, se recepit ad monasterium S. Clarae parochiae S. Pauli, ut ibi moraretur per biennium, quo elapso nacta occasione effugiendi, ipsa, et sponsus improviso se praesentarunt Parocho S. Petri, tum is peregrinationis causa reperiebatur in Ecclesia B. M. V. Gratiarum alterius parochiae ac Dioecesis, et coram eo, ~~[illegible]~~ protestante, quod nec velit, nec possit hujusmodi matrimonio assistere nec non coram duobus testibus per verba de praesenti contraxerunt. Unde oritur

Dubium, an hoc matrimonium sit validum.

Casus II.

Formosa, filia sub patria potestate constituta, cum a ~~[illegible]~~ parentibus ei districte prohibitus esset monialis accessus ad Ecclesiam, consulit confessarium quid sibi agendum. Unde oritur

Dubium, quomodo Confessarius debeat ~~[illegible]~~ respondere Formosae.

Paucis verbis expromitur dubium de validitate matrimonij Caeciliae cum Caelio, quod proposuimus super primo ex casibus, in praesenti Congregatione decidendis; sed ob plures ac diversas circumstantias, quae in facti specie exponuntur, multis difficultatibus appa=

X Huic igitur communi sententiae accedit etiam hoc u-
tcum quod si verba sint ambigua circa exp-
nem legati ea sunt interpretanda in augmentu
non in diminutionem legati l. sibi, quo d
ff. de rebus dubiis; quod maxime procedit, s
legatum sit a Testatore relictum personae sic
conjunctae, tunc enim est late interpretand
ad favorem legatarii ut tradit Menochius co
137. num. 8.; et citt. Card. Mantica de conj
ultim. volunt. lib. 6. tit. ii. a num. 23. et se
probat hanc regulam procedere etiamsi h
esset magis conjecturis, prout verificatur in n
casu.
XI Demum haec invincibilis et firmissima ratio ur
ad favorem nostri legatarii contra haeredem
quod natura legati est ut sit lucrosum et em
lumentum ac utilitatem adferat ei, cui est
relictum l. si haereditatem ff. mandati l.
legatum ff. de legatis 1. Menochius consil. 162
num. 26. et consil. 236 num. 7. ubi ait quod
esset contra naturam legati si utile et lucrosum
non foret. Idque ut dicebamus maxime procede
debet, si legatum sit relictum personae conjunctae.
XII In nostro autem casu si Cajo legatario, Testatoris
pronepoti imponeretur obligatio celebrare faciendi
praeter Missas centum etiam Missas quingentas
in Testamento ordinatas, legatum centum duca-
torum ei relictum nullatenus foret lucrosum
sed potius damnosum ut consideranti patet;
igitur ne destruatur natura legati est omnino
concludendum, prout decidendo resolvimus, Cajum
legatarium ~~[illegible]~~ in circumstantiis nostri casus
non teneri celebrare facere nisi centum missas
ab eoque haeredem remanere obligatum ad facien-
dum celebrare Missas quingentas in Testa-
mento expressas.

In Congregatione diei 25. Mensis 7bris. 1742.

Casus I.

Caecilia, mortuis parentibus, init sponsalia cum Caelio, contra voluntatem patrui tutoris, et rei familiaris administratoris: quare, relicta domo paterna parrochia S. Petri, cum animo deliberato ad eam nunquam amplius revertendi, se recepit ad monasterium S. Clarae parochiae S. Pauli, ut ibi moraretur per biennium, quo elapso nacta occasione effugiendi, ipsa, et sponsus improviso se praesentarunt Parocho S. Petri, dum is peregrinationis causa reperiebatur in Ecclesia B. M. V. Gratiarum alterius parochiae ac Dioecesis, et coram eo, ~~[illegible]~~ protestante, quod nec velit, nec possit hujusmodi matrimonio assistere nec non coram duobus testibus per verba de praesenti contraxerunt. Unde oritur

Dubium, an hoc matrimonium sit validum?

Casus II.

Formosa Virgo sub patria potestate constituta, cum a ~~[illegible]~~ parentibus ei districte prohibitus esset mori: diaaus accessus ad Ecclesiam, consulit confessarium quid sibi agendum? Unde oritur

Dubium, quomodo Confessarius debeat ~~[illegible]~~ respondere Formosae?

Paucis verbis exprimitur dubium de validitate matrimonii Caeciliae cum Caelio, quod propositum super primo ex casibus in praesenti Congregatione decidendis; sed ob plures ac diversas circumstantias, quae in facti specie exponuntur, multis difficultatibus appa

apparet esse involutum.

II. Difficultas esse videtur, an non matrimonium illud sit nullum ex eo, quod fuerit contractum in loco, in quo nec sponsus nec sponsa erant parochiani? Et quatenus etiam ejusdem matrimonij validitati non obstaret locus extraneus, difficultas nihilominus esse videtur an non sit nullum ex eo, quod celebratum fuerit coram Parocho, protestante, quod nec velit, nec possit eidem matrimonio assistere?

III. Et quatenus denique ejusdemmet matrimonij validitati nec obstaret aut locus extraneus nec etiam protestatio Parochi, seu modus, quo illud coram eo fuit celebratum, adhuc tamen apparet esse difficultas an non ipsum matrimonium sit nullum ex defectu legitimae ac necessariae parochialitatis tam in ipso parocho, quam in utroque ex sponsis respective.

IV. Ut mox a praefatis difficultatibus nos expediamus, dubium super nostro ratae propositum decidendo, Censemus matrimonium Ceciliam inter et Julium initum esse nullum, non quidem ex capite loci extranei, nec etiam ob Parochi protestationem modumque quo fuit contractum, sed ob defectum legitimae ac necessariae Parochialitatis tam in ipso Parocho, quam in utroque ex sponsis respective.

V. Quod dictum matrimonium non fuerit nullum ex capite loci extranei, hac evidenti ratione demonstratur; quia Concilium Tridentinum ad valorem matrimonij tantum requirit, ut in praesentia proprij Parochi fiat, eo quod per solam assistentiam ubicunque tandem matrimonium celebretur, jam non est clandestinum matrimonium, adeoque finis Concilij Tridentini habetur. Unde communis existit tam Theologorum quam

Canon-

(quemistanem) sententia contra Pontium lib. 5. de matri
monio cap. 16. num. 4. quod proprius Parochus alteru
trius Sponsi valide assistat eorum matrimonio in
quocumque loco aut Parochia, etiam tali, in qua
nec Sponsus, nec Sponsa parochiani sunt.

VI Quare nil obstat prohibitio, quae in Can. i. cau. 13.
quaest. i. Parochis fit his verbis: nullus alterius Paro
chiae terminos aut jus invadat, sed sit unusquisque
suis terminis contentus, et taliter Ecclesiam et plebem
sibi commissam custodiat. Nam ex hac Canonica
sanctione id summum potest inferri, quod illicitum
sit Parocho assistere sponte, ac libere matrimonio
in aliena parochia cum solemnitate.

VII Minus obstat celebre illud effatum, contentum in Cap. fin.
de Constit. in 6.° Extra territorium jus dicenti impu
ne non paretur. Hoc enim procedit de jurisdictione
necessaria et contentiosa, non autem de voluntaria
longe minus autem de nuda, et simplici assistentia
testis qualificati, qualis est assistentia parochi
[illegible] matrimonij.

VIII Affert quidem Pontius loco cit. duas declarationes Sacrae
Congreg. Concilij pro fundamento suae sententiae,
quarum unam ait ad interrogationem Episcopi
Praegnatensis emanasse in his verbis: Si quando vir
ad domum uxoris accedat pro contrahendo et consu
mando matrimonio, is proprius parochus sit qui uxoris
est, et illis benedictionem sacerdotalem dare potest
de jure. Alteram hujus tenoris: Proprius Parochus
sit, qui uxoris parochus est, si in domo uxoris contrahitur,
vel in ejus parochia, ut in una Praegnatensi. Bene
dicere sponsos debeat, non obstante quacumque
consuetudine contraria, etiam immemorabili. Ex
quibus declarationibus ipse Pontius infert, semper

uo

pro validitate matrimonij debere illum Parochum assistere in cujus Parochia matrimonium contrahitur.

IX Verum praelatae declarationes vel ita sunt intelligendae ut Parochus proprius sponsorum in aliena Parochia non possit coram matrimonio solemni, idest quod celebratur in Ecclesia cum consuetis solemnitatibus, praesertim cum benedictione sacerdotali, assistere; quia id videtur sapere quamdam speciem jurisdictionis: vel si praetendantur obstare valori matrimonij, ea dici debent quidpe correcta ab alia subsequenti declaratione recentiori, prout testatur Insignis Canonista Fagnanus ejusdem Sacrae Congregationis Secretarius, in cap. Quod nobis, de clandestina desponsatione num. 33., addens Sanctissimum voluisse quod ita etiam in posterum responderetur.

X Immo de jure non tantum valide, sed etiam licite, praescindendo a Diocesanis Constitutionibus si quae forent, ut matrimonium nonnisi in Ecclesia cum benedictione celebretur, in quovis loco aut Parochia etiam alterius Diocesis Parochus alterutrius sponsi privatim, et absque pompa benedictiones publica matrimonio assistere potest, prout contra eundem Pontium solide firmat Sanchez, De matrim. lib. 3 disp. 19 num. 18. Altograd. de Contractibus disp. 2 punct. 13. § 9 num. 5. Gutier. de Matrim. cap. 62 num. 6. cum alijs.

XI. Quod etiam dictum matrimonium non recipit nullitatem ex eo, quod celebratum fuerit coram antefato Parocho protestante se nec velle, nec posse ipsi matrimonio assistere, adeoque ideo praecise quod idem Parochus non sponte ac libere, sed casualiter et coactam praestiterit assistentiam, ratio desumitur ex iisdem

ex ipsamet causa finali constitutionis Concilij Tridentini, quæ fuit et est, ut Parochus assistens, et testes præsentes Ecclesiæ de matrimonio contracto testimonium ferre 26.
valeant; hujusmodi autem testimonium ferre valeant dummodo humano modo, ac moraliter sint præsentes idest ita ut probe intelligant, sponsos de præsenti contrahere matrimonium.

XII Talem autem assistentiam seu præsentiam præstare potest Parochus etiamsi dolose fuerit adductus, etsi violenter, etsi coactè, quamvis protestetur, se nolle assistere matrimonium illud esse nullum, quamvis demum sponsos à se repellat, aut sollicitè ab eis se subtrahat. Sufficit enim quod ita fuerit moraliter præsens, ut reverà intellexerit, sponsos de præsenti contraxisse; estque hodie communis, ac certa tam Theologorum, quam Canonistarum sententia, pluribus sacræ Congreg. Concilij declarationibus canonizata, de quibus testatur Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 39. num. 9; ac etiam Fagnan. in Cap. Qualiter, de Penit. et remiss. num. 7. dicens, Sacram Congregationem declarasse, validum esse matrimonium, quod Parocho invito, et per vim adhibito, aures etiam obturante, fuit contractum.

XIII Quas etiam ejusdem Sac. Congreg. declarationes refert Pontius lib. 5. cap. 21. num. 5, quarum prima apud Farinaccium pag. 268. sic sonat: Dummodo Parochus sit præsens et intelligat id quod agitur licet dissentiat et contradicat: adhibitus vero Parochus intelligitur etiamsi ex alia causa vocatus sit, dummodo sit adhibitus ad illum effectum. Altera vero sic sonat — An vero si invitus, et compulsus adsit Parochus, etiam contrahatur matrimonium, præcedente supradicta prohibitione Ordinarij, ratum matrimonium subsistat? Congregatio respondit subsistere.

XIV. Quod

XIV. Quod verò nihilominus dictum matrimonium fuerit ipso [illegible] nullum ex defectu legitimae ac necessariae parochialitatis tam in ipso Parocho, quam in utroque Sponso respectivè, est id, quod adhuc remanet concludenter probandum, ut prolata decisio suam habeat subsistentiam integralem.

XV. Sacrum Concilium Tridentinum, cujus jure proditum est, nullum ac irritum esse matrimonium ex defectu praesentiae Parochi, et testium sess. 24. de Reform. cap. 1, sic disposuit: Qui aliter, quam praesente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, et duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit et hujusmodi contractus irritos, et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et annullat.

XVI. Nomine autem Parochi ipsum Sacrum Concilium in praecedenti textu expressit intelligi debere proprium contrahentium Parochum: proprium inquam contrahentium Parochum idest alterutrius sponsi, ut docet Sanchez de Matrim. lib. 3. Disp. 19. num. 4. Barbosa in cap. 62. num. 4. cum communi ac certa aliorum, atque declaratione à Sac. Congr. Concilii [illegible] testantur. Et ratio est quia contractus matrimonii est individuus et nonnisi inter duos consistere potest. consequenter si quisque Parochus pro prius [struck out] potest assistere matrimonio unius, potest etiam assistere matrimonio alterius contrahentis arg. l. 5. commune, ff. quemadmodum servitutes amittantur, quod sequitur.

XVII. Idque procedit non tantum quando nuptiae celebrantur in parochia illius parochi, qui assistit, sed etiam si celebrantur in parochia alterius parochi, ita ut quamvis

quamvis ordinarie assistat Parochus ille, in cujus Paro-
chia celebrantur, tamen etiam Parochus sponsi ex cau-
sa assistere possit matrimonio, quod contrahitur in Paro- 26.
chia sponsae, prout etiam a Sac. Congreg. declaratum
refert Fagnan in Cap. quod nobis, de Clandest. desponsat.
Num. 33. Nb. hic dicitur, quod hac [illegible] et modo [illegible] non de [illegible] et [illegible] in Parochia sponsae.

XVIII. Verum unde potest, ac debet desumi legitima, ac necessaria
parochialitas activa in parocho et respective passiva
in sponsis ad effectum validitatis matrimonii? Certum
est eam desumi debere a domicilio; quoniam vero
domicilium est multiplex, et non a quolibet domicilio
descendit seu causatur dicta necessaria parochialitas
activa, et passiva respective.

XIX. Ideo scire juvat domicilium in genere dici posse locum
habitationis diuturnae, seu longi temporis: atque istud
juxta Doctores communiter dividitur in domicilium
originis, domicilium habitationis et domicilium
quasi habitationis.

XX. Domicilium originis dicitur illud, ubi tempore originis
seu nativitatis alicujus parentes ejus stabilem sedem
habuerunt, stabilem, inquam, sedem: nam ad domicilium
originis non sufficit, quod quis alicubi fortuito natus
fuerit, ut a parentibus in itinere vel negotiorum
causa constitutis; sed requiritur, quod tempore nativitatis
illius parentes ipsius stabilem sedem sive domicilium
et habitationem habuerint, et de hoc originis domi-
cilio fit mentio in §. Senatores ff. de Senatoribus;
illis verbis: Tamen et ibi ubi oriundi sunt habere
domicilium intelliguntur. et loquitur Gloss. in
cap. Statutum, Vers. unum dictum, de Rescriptis in 6.
Salon in §. Cuncta, notula, num. 25. Cod. de Summa
Trinit., Pirhing de foro compet. num. 10. et alii.

XXI. Domi

XXI Domicilium habitationis autem dicitur locus ille, in quo quis sedem habet et majorem fortunarum suarum partem constituit animo ibidem perpetuo commorandi ut determinatur ex l. Cives Cod. de Incolis lib. 10; siquidem verum domicilium habitationis non nuda voluntate et assertione, sed animo et facto simul constituitur, juxta l. Domicilium ff. ad municipalem. Et de hoc domicilio habitationis semper intelligi debet quando fit mentio de domicilio absolute posito, secundum Gloss. in cap. Statutum, cit. vers. unam dictam, de Rescriptis in 6.

XXII Etenim potest contingere, quod quis non tantum in uno, sed etiam in pluribus locis ejusmodi domicilium habeat, ut si quis in duobus locis domum constituerit, ibique aequaliter moretur per text. notabilem in l. Assumptio §. jurisprudentibus ff. ad municipalem et concordat cap. ex parte, juncta Gloss. vers. Integraverit et Abbate ibidem num. 8 de foro compet.; atque amplius declarat alia Gloss. in cap. Dilectus Deus domicilium de Rescriptis. Quamvis jurisconsultus in l. Eius qui manumittit §. Celsus ff. ad municipalem dicat esse difficile, quod quis in duobus locis habeat revera domicilium habitationis.

XXIII Hinc si quis aliorsum profectus fuerit animo tamen revertendi, tunc ille peregrinari dicitur l. Cives Cod. de Incolis lib. 10: Sed autem quis domicilio relicto naviget, aut iter faciat, quaerens, quo se conferat aut ubi consistat, tunc talis censetur esse sine domicilio juxta cit. §. Celsus ff. ad municipalem.

XXIV Demum per domicilium quasi habitationis intelligitur habitatio duntaxat temporalis longior tamen seu per majorem anni partem vel etiam per plures annos aliquot continuata, absque animo ibi perpetuo commorandi. Sic ex. caus. Studiosi in Academiis studio-

rum

rum causa diutius commorantes, et famul. in servitijs Dominorum suorum versantes per annum aut majorem ejus partem, contrahere ibidem quasi domicilium contrahere arg. l. 2. Cod. ubi de criminibus juncta Glossa ibidem vers. pergit. 26.

XXV. Parochum domicilij originis tantum, non esse proprium parochum, coram quo valide contrahi possit matrimonium; sed necessario requiri vel Parochum domicilii habitationis, vel Parochum domicilij quasi habitationis, docetur a Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 23. num. 7. a Perez de Matrim. disp. 40 sect. 2. num. 1. a Pontio de Matrim. lib. 5 cap. 13. § 1. num. 2. a Salmanticensibus in cursu Moral. tom. 2. tract. 9. de Matrim. cap. 8 punct. 3. num. 25. a Schmalzgrueber lib. 4. Decretal. tit. 3. de Clandestin. despons. §. 3. num. 144, a Reiffenstuel ibidem §. 2. num. 58. estque communis tam Theologorum, quam Canonistarum sententia canonizata per Sacram Congreg. Concilij in causa Mutinensi Matrimonij sub die 18. Novembris anno 1702.

XXVI. Et ratio est, quia Concilium Tridentinum requirit proprium Parochum, hic autem censetur esse Parochus domicilij habitationis, vel quasi, utpote ratione cujus quis dicitur, et est revera parochianus, ad differentiam alieni, qui intra limites alterius parochiae degit, et est illius, et non alterius parochiae, sub qua non degit, parochianus.

XXVII. Nec refert, quod etiam domicilium originis sit verum domicilium, et in jure reputetur pro tali, praesertim ad effectum suscipiendi ordines, cum manifestum sit, ordines suscipi posse etiam ab Episcopo domicilij originis,

originis. Nam, ut dicebamus, nomine domicilij absolute prolati solet, ac debet intelligi solum domicilium habitationis proprie talis, sicque in dubio semper judicatur, nec locus nativitatis aliter domicilium appellatur, quam cum addito originis, ut prorsus (?), licet, si quis duo habeat domicilia habitationis, aequali anni tempore in duobus locis morando, et habitando, à quovis horum Parocho in matrimonium possit conjungi; tamen à Parocho domicilij originis id fieri nequit; quia, ut supponitur, ad mentem Concilij Tridentini, per sacram Congreg. declaratam non est proprius Parochus sponsi. Quod autem ordo ab Episcopo domicilij originis conferri valeat, est specialis juris dispositio, quae ad matrimonium extendi non potest, praesertim cum nec ad alia Sacramenta, nec ad portionem Canonicam, quae est debitum parochiale, extendatur.

XXVIII Ex his communiter à Doctoribus plures fiunt illationes pro plurium particularium casuum resolutione. Sic inferunt studiosos in loco studij, judices, et medicos in loco judicaturae, et medicaturae per majorem anni partem, et multo magis per aliquot annos, famulos, mercenarios, et alios, qui similiter per majorem anni partem alicubi morari intendunt (licet perpetuo ibidem manere non cogitent) animo statim fieri parochianos, possequi Parochum talis loci illorum matrimonio legitime ac valide assistere), eo quod animo statim sic quasi domicilium acquirant. Denique inferunt de illis, qui tempore pestis, aut belli longius (?) in aliquem locum confugiunt animo ibidem permanendi, quamdiu bellum, aut pestis duraverint.

XXIX Inferunt e contra illos, qui tantum vacationis pene=

peregrinationis aut negotii breviter expediendi causa
in aliquem locum se conferunt, legitime ac validè
contrahere non posse matrimonium coram Parocho
illius loci; quia, cum hi animum non habeant saltem
per majorem anni partem ibidem permanendi, conse-
quenter nec domicilium habitationis, nec quasi
tale contrahant, veri parochiani in tali loco non sunt
et consequenter parochus talis loci matrimonio eorum
legitime, ac validè assistere non potest.

XXX. Quae illationes omnes cohaerent declarationibus à Sacra
Congreg. Concilii emanatis, in qua cum proposita fuissent
haec dubia = an valeat matrimonium contractum
coram Parocho illius loci, ubi contrahentes reperiuntur
non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis
causa: et quid si contrahens ibi moretur tanquam
Doctor, judex, seu medicus temporalis = ipsa Sacra
Congregatio respondit ad primum = non valere; ad secun-
dum = valere. = Quae declaratio refertur à Garzia
de Beneficiis part. 5 cap. 7. num. 11. ubi testatur
eam apud se in forma authentica habuisse.

XXXI Praefatis omnibus ita se se habentibus, jam satis conclu-
denter videtur esse probatum fuisse nullum ac
irritum matrimonium Caeciliam inter et Julium
initum, coram Parocho S. Petri idque ex defectu
necessariae parochialitatis activae nempe in Paro-
cho, passivae verò respectu utriusque sponsi. Nam
Nec Caeciliae, nec Julii erat ille proprius Parochus
ad effectum, ut legitimè, ac validè potuerit eorum
matrimonio assistere, in quocumque demum loco
etiam intra limites, et in ipsa Ecclesia Parochiali
S. Petri.

XXXII Quod dictus Parochus S. Petri non fuerit proprius
Parochus Julii, ex ipsa facti specie pro certo

debet

debet supponi, cum in ea non exprimatur habuisse Caeciliam in Parochia S. Petri alium domicilium nec originis, nec habitationis, vel quasi, adeoque supponi debeat esse parochianam alterius Parochiae. Quod autem idem Parochus S. Petri nec fuerit proprius Parochus Caeciliae, constat ex eo, quod tametsi Caecilia priusquam se recepit ad Monasterium S. Clarae Parochiae S. Pauli et ibi moraretur per biennium, haberet verum domicilium habitationis in parochia S. Petri ejusque Parochus fuerit revera suus proprius parochus, hic tamen desiit esse talis dum ipsa Caecilia et re et animo deseruit domicilium paternum, se transferendo ad monasterium S. Clarae, cum intentione ibi manendi per biennium et eo elapso transeundi ad domicilium sponsi nacta occasione cum eo matrimonium contrahendi; quemadmodum enim domicilii acquisitio ab ejus pendet arbitrio, qui alicubi sedem figere intendit, ita ab eodem arbitrio pendet quoque domi-

XXXIII cilii conservatio, et respective derelictio.

Cum igitur Parochus S. Petri, postquam Caecilia se recepit ad Monasterium S. Clarae, re et animo effective deserendo domicilium originis et habitationis simul, quod habebat in Parochia S. Petri remanserit duntaxat Parochus domicilii originis illius, hujusmodi autem Parochus nequeat legitime ac valide assistere matrimonio, necessario consequitur dictum matrimonium Caeciliae cum Stelio fuisse ac esse nullum, ob defectum legitimae parochialitatis activae in ipso Parocho, et passivae respectu ~~~~ utriusque sponsi, tam Stelii nempe, quam etiam Caeciliae.

XXXIV Fuisset tamen validum, si Caecilia se recepisset ad Monasterium S. Clarae non re et animo deserendi domicilium paternum sed eo animo, quo ad monasteria se solent recipere et in iis morantur puellae educandae ~~~ quae ita ingrediuntur et in iis morantur, ut exacta educatione redeant ad domum paternam; sic enim animo retinetur domicilium habitationis, quod tametsi licet

licet simul domicilium quoli habitationis fuerit contrahen
in Parochia in qua est situm monasterium, ratione
cujus Parochialitatis proprius parochus hujusmodi educan
darum videtur etiam esse parochus ille in ~~qua~~ cujus
Parochia sunt sita monasteria, in quibus morantur
puellae educandae ~~[illegible]~~ ad effectum ut saltem valide
assistere possit ipsarum educandarum matrimonio.
Caeterum magis expedit ut earum matrimonium cele
bretur, ipsque assistat Parochus domicilii paterni
et propriae ipsarum habitationis, et in quibuslibet
solemnibus per Constitutiones synodales praescriptis.

XXXV. Tandem pro coronide advertimus Caeciliae sponsalia non solum
fuisse clandestina et occulta, saltem ita, ut eorum
notitia non pervenerit ad Monasterium S. Clarae vel ad
ejus Directores et superiores, nam alias ipsa Caecilia ad
dictum monasterium admissa nec aliud quodcumque recipi
non potuisset, cum plura extent Decreta generalia a Sacra
Congregatione Concilii emanata de non recipiendis puellis
desponsatis ingredi volentibus, et de ingressis desponsatis
illico dimittendis.

I. Sic constabilita decisione dubii super primaevo progredi
mur ad decidendum dubium super posteriore casu pro
positum, quod eo tendit, ut Confessarius ex rationis et
prudentiae regulis judicet, an parentes rationabiliter
prohibeant nec ne, formosae filiae suae Virgini sub
patria potestate existenti, quotidianum accessum ad
Ecclesiam, causa audiendi missam: et videtur supple
mendum an et an filia teneatur obedire Parentibus
hujusmodi accessum prohibentibus; vel potius majoris
perfectionis sit illis invitis quotidie Ecclesiam adire.

II. Absolute loquendo et praecisis circumstantiis certum est
quod Parentes irrationabiliter prohibeant suis filiabus
quotidianum accessum ad Ecclesiam missam audiendi
causa; quia Parentes ex debito bonae ac Christianae
educationis

educationis teneatur potius erudire, et urgere filios ad actus devotionis, et religionis, qualis est quotidiana auditio Sacri. et ideo in Concilio Mediolanensi 3. sub S. Carolo Borromeo, sub Tit. de his, quae ad Sacramentum matrimonij pertinent sic legimus fuisse expresse Statutum = Curet (: loquitur de obligationibus Patrisfamilias = Curet, ut universa familia frequenter confiteatur et Sacram Eucharistiam sumat: et singulis diebus Missae sacrificio intersit: aut saltem in Vigilijs, Statutis jejuniorum temporibus, et quadragesima diebus id praestet. ; Immo Concilium Gangrense can. 15. vult Anathema infligi ijs parentibus, qui, quantum in se est ad convenientem pietatem, religionemque liberos suos non adducunt.

III Nihilominus tamen possunt esse tales circumstantiae, in quibus Parentes rationabiliter prohibeant dictum accessum, ut si prudenter timeatur aliquod periculum imminere posse probitati et honestati ipsarum filiarum, si cura rei familiaris notabile patiatur detrimentum, vel aliud incommodum accidere possit. ~~autem~~ Parentes autem, priusquam deveniant ad hujusmodi prohibitiones bene facient, si earum directoris spiritualis judicium exquirent, ut id statuant, quod ipse magis in Domino e re esse cognoverit. Et hoc quidem eruitur ex regula S. Augustini dicentis: Praeposito tanquam Patri obediatur, et multo magis Presbytero, qui omnium vestrum curam gerit= Et sic a simili Sacra Congreg. Concilij in nob. [illegible] Decreto de communione quotidiana, ejusdem quotidianae communionis usum, vel non usum prudentis Confessarij judicio remittit.

IV. Sive autem noster Confessarius cognoverit ex circumstantijs Parentum formatam prohibitionem esse ~~irr~~rationabilem, sive cognoverit esse irrationabilem, Nos propositum dubium decidendo censemus, ipsum Confessarium debere

V.

VI.

VII

debere respondere Formosa, eam teneri obedire, abstinen-
do à quotidiano accessu ad Ecclesiam. De hujus deci-
sionis veritate dubitari non potest, si Parentum prohi- 26.
bitio fuit rationabilis. Est enim apertissima omnium
Theologorum sententia cum S. Th. 2.2. quæst. 104
art. 5. in ⊙, filios teneri obedire Patri in iis, quæ
V. pertinent ad disciplinam vitæ, et ad domesticam curam.
Nec etiam dubitari potest de ejusdem decisionis veritate,
tametsi Parentum prohibitio fuisset irrationabilis, quam
vis enim Formosa parentum prohibitioni irrationabili,
quæ fal. non teneretur obedire, eidem tamen teneretur
obedire ex motivo charitatis, et prudentiæ, ad remo-
venda scilicet dissidia, et perturbationes, quæ absque
dubio inter ipsam, et Parentes orirentur, et præterea
ex motivo avertendi absurda, quæ sequi possent, si
ipsa clam, et sine comite, prout contingerent, suppositis
parentibus invitis, vellet è domo egredi et Ecclesiam
adire, praesertim si esset persona nobilis, et clandestinis
juvenum colloquiis delectaretur.
VI. Immo S. Antoninus ex hoc ipso motivo ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ etiam pro diebus festis excusat puellas
nobiles ab audienda Missa, quoties à Parentibus non per-
mitterentur Ecclesiam adire. Sic enim loquitur part. 2.
tit. 9. cap. 10 § 12. Puellæ nobiles, quæ non exeunt
domo, quia non permittuntur à Parentibus, videntur excu-
sari, si retineant præceptum, vel scientes libenter irent
si permitterentur: non enim fas esset, solas ~~[illegible]~~ domo
exire clam ut audirent sacram, quia magna pericula
VII. possent inde contingere.
Inde patet non posse esse perfectionis adire Ecclesiam invi-
tis parentibus, quia potius perfectionis erit æquo animo
ferre hujusmodi impedimentum, et ab accessu ad
ecclesiam abstinere, omittere, siquidem bona opera
quæ supererogationis sunt, ut in nostro casu, ad obtem-
perandum iis, qui præsunt, maximè pertinet ad virtu-
tem humilitatis, patientiæ, et obedientiæ perfectio-
nem. Cæterum Confessarius si cognosceret irrationabilitatem
prohibitionis, posset cum dexteritate persuadere
Parentes ad eam retractandam.

Pro Congregatione diei 11. Junij 1743.

II 26.

Casus I.

Berta valde timens, suum maritum concepisse vehementem suspicionem adulterij, revera ab ea commissi, post peractam sacramentalem ipsius confessionem, protestata fuit erga eundem suum maritum, se ream non esse adulterij; et ad magis repellendam illius suspicionem, id jurejurando paullo post confirmavit. Unde oritur

Dubium, an Berta dixerit mendacium, et illicite juraverit?

Casus II.

Titius, qui juravit, se mutuam pecuniam non amplius daturum, Cajo petenti negavit, se habere pecuniam, cum tamen haberet, Maevio autem eam concessit cum reflexione ad emissum juramentum. Unde oritur

Dubium, an Titius negando dixerit mendacium, et concedendo commiserit perjurium?

I Etsi ex casibus, qui per nos decidendi occurrunt in hodierna Congregatione, est facilis resolutionis, facilior tamen foret, si a Sancta Sede Apostolica non extitisset decretum, quo Summus Pontifex Innocentius XI. inter alias propositiones prohibuit et damnavit tres, amphibologiam ...

admittentes

III

admittentes, quae sunt 26. 27 et 28. in ordine propositionum ab eo damnatarum.

II Prius enim quasi magno cum plausu excipiebatur eorum opinio Doctorum, qui velut licitas adstruebant restrictiones mentales pro celanda veritate, quando ex causa iusta eam celare, oportebat vel expediebat. Si enim (sic argumentabantur praefati Doctores) si Christus Ioann. cap. 7 dixit — Vos ascendite ad diem festum hunc; ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est — et tamen Christus postea ascendit licet non manifeste: si Angelus dixit Tobiae se ex filiis Israel esse Azariam Ananiae magni filium: si Iacob dixit se esse Esau et fecisse quae ei Isaac praeceperat: si Iudith mulier dixit Holoferni et militibus eius quae sine mendacio subsistere non poterant nisi restrictione mentali adhibita; et videtur fuisse adhibita etiam in praecedentibus aliis: consequitur licitas esse restrictiones mentales urgente iusto motivo celandi veritatem.

III Verum in praefatis Scripturae casibus fuit dicta veritas et fuit dicta, quin pro ea dicenda opus fuerit ulla restrictione mentali; quia per ista signa externa illarum locutionum subsistere potuit; prout evidenter demonstratur, necdum a sacris expositoribus recentioribus sed etiam a sanctis Patribus. Stante igitur Oraculo Romanae Cathedrae certum est non esse licitum usum restrictionum mentalium, et quidem non solum quando usurpatur cum iuramento, sed etiam quando usurpatur absque iuramento. Id enim satis clare constat ex propositione 26. illa verba iurare ... mentaliter neque est periurus — sic utrumque damnat Pontifex; immo et ex eo textu, neque est periurus sufficienter declaratur restrictionum mentalium esse mendacium, cum in periurio includatur mendacium.

IV. Et

IV Et ratio est, quia humana loquela neque totaliter, neque partialiter formatur per conceptus mentales, sed per voces sensibiles, soli enim Angeli, et Spiritus loquuntur per conceptus; ut igitur propositio vocalis sit vera, non debent attendi conceptus mentis, sed sola verba et signa externa: Igitur si quis exempli causa occidit Petrum die Lunae, si dicat verbis = non occidi Petrum et per conceptum mentalem restrictivum intelligat die martis non occidisse, ad veritatem, aut falsitatem propositionis = non occidi Petrum = non est attendendus conceptus mentalis restrictionis, sed est attendenda sola propositio vocalis, quae est evidenter falsa; Igitur restrictio mentalis facit mendacium, et si confirmetur juramento, est perjurium.

V Non tamen ideo, quod usus restrictionum mentalium sit damnatus tanquam illicitus, censeri debet ita damnatus etiam usus cujusque amphibologiae; quia propositio 27. ex damnatis intelligi debet duntaxat de illis amphibologiis, quae fiunt cum restrictione pure mentali.

VI Quandoquidem non uno duntaxat, sed triplici modo fieri, vel sumi potest amphibologia, quemadmodum exponunt Doctores; Primo namque modo fieri vel sumi potest amphibologia, dum in loquendo adhibentur verba ex sua institutione, et significatione aequivoca, sicuti, ipsa generare diversum sensum, quamvis alias verba ipsa raro, aut etiam rarissime ab audientibus intelligantur in eo sensu, qui intenditur à loquente, ut cum quis in loquendo nominaret canem intelligendo vel de cane marino, vel de cane caelesti, cum tamen nomine canis simpliciter prolato ab audientibus soleat ut plurimum intelligi canis terrestris.

VII Altero modo fit amphibologia, quando verba quidem

ex sua significatione non sunt ambigua et aequivoca; attentis tamen circumstantijs, v.g. modi loquentis, aut interrogantis, nec non loci, ac temporis, limitantur ad aliud significatum; in quo casu verba sic solum vera propter circumstantias, illam suam veritatem important externé in se ipsis, sicque ea veritas intelligi potest ab eo, ad quem fit locutio, interdum quidem explicité, interdum veró tantum confusé juxta nempe majorem vel minorem prudentiam, seu perspicaciam illius, ad quem verba diriguntur.

VIII Tertio modo demum fit amphibologia cum restrictione, vel reservatione mentali in verbis, vel sententijs, ex institutione, vel usurpatione sua quidem determinatis ad unum sensum ob univocam significationem detortis tamen aliqua restrictione, vel reservatione mentali ad alium sensum omninó diversum; ita ut verba, nec ex se, nec ex circumstantijs, externis ullam important veritatem; seu cum quis utitur verbis, nullum alium sensum in se externé importantibus, nisi illum secundum quem ab audiente percipiuntur, et per mentem loquentis secundum alium sensum proferuntur, ad quem nec ex se, nec a circumstantijs, sed sola loquentis intentione mentaliter restringuntur, et trahuntur, quem proinde audiens non valet percipere, utcunque prudens, utcunque perspicax ille sit.

IX (Itaque hujus tertij generis solummodo sunt illae amphibologiae, de quibus processit damnatio Pontificia, quia illae solae, non item quae sunt primi, et secundi generis carent veritate in sua externa significatione; et per illas duntaxat loquens mentitur, quia per externam locutionem alium taliter decipit, ut decepitus sibi ab ipsa deceptione cavere, vel subtrahere se non possit; qui enim utitur verbis unum solum sensum habentibus, qui sensus et falsus

falsus, taliter decipit, ut deceptus vitare nequeat aliter intelligendo verba habentia ... sensum. cum igitur amphibologiae solius tertii generis consistant 26. in ejusmodi verbis falsis in se, quicquid sit de mentali restrictione reddat mens externe expressa, sic illarum usus duntaxat censeri debet in damnatis et prohibitis, ut in nullo casu possit esse licitus, quia in omni casu continent mendacium, et respective perjurium, si illis fuerit additum juramentum.

X. Quamvis tamen sub damnatione Pontificia cadant solum amphibologiae, quae fiunt cum restrictione mentali non autem amphibologiae, quae fiunt per verba vera in se licet aequivoca, vel quae fiunt per verba vera ex circumstantijs loci, temporis, aut personae, ut sunt antedicta primi et secundi generis; nihilominus earum usus censeri debet illicitus, nisi fiat ex aliqua justa causa; si enim passim, ac sine ulla rationabili causa liceret uti dictis amphibologijs primi et secundi generis, perderetur confidentia ac tolleretur sincera veritas in commercio humano: multo magis autem illicite fieret, si sine magna necessitate, aut notabili utilitate dictis amphibologijs adderetur juramentum.

XI. Justa autem causa utendi amphibologijs primi et secundi generis, sunt illa ipsa, quae exprimuntur in propositione 27 ex damnatis, idest necessitas aut utilitas conducens ad salutem corporis, ad tuendum honorem et res familiares, vel ad quemlibet virtutis actum; et aliquoties non solum est expediens, sed etiam opportunum occultare veritatem, ut constat ex [illegible] quod recitato in can. Ne quis [illegible] quaest. 2. [illegible] Tridentini; ex aliud [illegible] occultare

occultare. Siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum facere. Ut si quis vere non velit ad istam visionem in mortem hominem innocentem, paratus esse debet veram occultare, non falsum dicere, ut nemo, nolit neque mentiatur

XII. Et ad hanc veritatis celandae necessitatem, mediante licita amphibologia, respexisse videtur S. Franciscus, qui cum fuisset interrogatus a Ministris justitiae, an illac transiissent latrones, manus mittens in manicas respondit: Non transierunt hac: quod verissimum fuit, quia revera latrones non transierunt per manicas. Immo si etiam pedem fixisset super uno lapide, potuisset sine mendacio dicere: non transierunt hac; quia per illum lapidem non transierunt: idque verum fuisset sine ulla restrictione mentali, siquidem per circumstantiam fixionis pedis vox illa fuisset determinata ad significandum transitum per illum lapidem.

XIII Quotiescumque etiam aliquis sine sufficienti et legitima causa leviter, vel graviter urgetur ad respondendum vel jurandum, seu intra, seu extra judicium, potest uti amphibologia, tam primi quam secundi generis, ita scilicet, ut sensus verborum talis sit, qualem habet, vel habere potest, qui deberet interrogari, itque semper animo solum veritatem dissimulandi, non autem falsum simulandi. Et ratio est quia nemo debet exspectare responsionem nisi a subiecto legitime interrogato; si igitur judex non legitime, et injuste interrogat, liberum est interrogato declinare interrogationem aliqua amphibologia animi vel secundi generis; in ejusmodi enim circumstantiis homo adhuc retinet jus suum naturale celandi suos mentis conceptus, quod est suum secretum servandi, et se vel proximum contra earum injuriam tuendi: et ideo habet justam causam celandi veritatem.

XIV

XIV E contra verò si quis in judicio juridice, ac legitime interrogetur, quia nempe judex est legitimus, et videlicet vera difamatio, vel semiplena probatio praecessit, respondere debet ad sensum judicis legitimè interrogantis, et illicite utitur amphibologijs etiam primi, ac secundi generis, alias enim facile perverteretur judicium in publicum Reipublicae damnum: et si quis amphibologice in tali casu juraret, peccaret mortaliter, tam contra virtutem Religionis solemniter ac publice assumendo Nomen Dei dolose, quam etiam contra virtutem justitiae, licet verba amphibologica, quibus uteretur, haberent in se veritatem, sicque ita jurans non esset perjurus. *

XV. Et ratio est, quia qui juridice interrogatur sub juramento jam perdidit jus celandi suos conceptus, et ea, quae putabat secreta cum jam ad forum externum perducta sint, et de iis ad juramentum cogi possit, ideoque talis ad mentem juridice interrogantis tenetur respondere, et jurare ea lege, qua tenetur in his, quae ad forum contentiosum pervenerunt legitimae Potestati obedire; et ideo non amphibologice, sed sincere respondere debet judici legitime interroganti. Quis enim non videt, quod si liceret amphibologiis semper (?) uti in judicio, nunquam certo fieret in rei veritate recta justitia, et semper exinde sequerentur innumera inconvenientia?

XVI Sed jam de his pro nunc satis. Ut igitur propius accedamus ad ea, ex quibus immediate pendet decisio dubij super primo ex propositis casibus, considerandum est, an protestatio Bertae dicentis se ream non esse adulterij, idque confirmantis sub jurejurando, quamvis revera commisisset adulterium, contineat, vel non contineat amphibologiam cum restrictione mentali; Nam si locutio illa Bertae contine-

ahi

amphibologiam cum restrictione mentali, pro certo tenendum est quod eadem Berta dixerit mendacium et illicite juraverit immo positive pejeraverit. si vero continet duntaxat aliquam amphibologiam primi vel secundi generis ex recensitis a nobis tribus amphibologiarum generibus, judicandum est Bertam non dixisse mendacium, nec jurasse illicite, stante justa causa repellendi vehementem suspicionem, quam de adulterio a se commisso suum maritum concepisse timebat.

XVII Ut igitur nostra decisione dubium illud resolvamus, Censemus, Bertam, dicendo, se ream non esse adulterij, non dixisse mendacium, nihilominus tamen illicite jurasse, dum id jurejurando confirmavit. Quod Berta non dixerit mendacium ex eo evincitur, quia nulla fuit usa amphibologia cum restrictione mentali, qua tamen usa fuisset si praetextu a Marito non interrogata dixisset non commisi adulterium cum restrictione mentali intelligendo cum Petro dum illud commisit cum Paulo: sed dicendo praecise se ream non esse adulterij hoc potuit dicere cum veritate se reflectendo ad Sacramentalem confessionem illius secutam, quod in ea pia, et probabili credulitate judicare potest esse remissum, sicque sat cum veritate dicere potuit se non esse ream adulterij, nec credatur dixisse mendacium; quia ad simplicem affirmationem sufficit probabilitas fundata.

XVIII Caeterum potuit etiam Berta dicere suo marito, se non violasse fidem, quia [redacted] haec amphibologia quoque vacat mendacio, et restrictione

mentali

mentali: fides enim significat tria, credulitatem
nempe, fiduciam, et fidem conjugalem; et ipsa
intelligendo de credulitate vel fiducia, non 26.
dixisset mendacium, quamvis maritus intellexisset
de fide conjugali. Pariter potuisset illa Berta
licite uti hac amphibologia, dicendo: non vulne-
ravi honorem tuum; quia vulneratio proprie
significat ictum materialem, et nonnisi metapho-
rice transfertur ad significandum laesionem
honoris.

XIX Quod autem Berta illicite juraverit, dum jurejurando
confirmavit se ream non esse adulterii, probatur
ex communi Doctorum sententia, qui, tametsi
ad simplicem affirmationem dicant sufficere probabi-
litatem facti, qualis fuit probabilitas circa remissio-
nem adulterii in confessione sacramentali secutam,
potuit sufficere, ut Berta sine mendacio formali
dixerit, se non esse ream adulterii; ad juramentum
tamen requirunt certitudinem, si non semper evi-
dentem, saltem vero talem, ut nulla probabilis formido
esse possit de veritate partis oppositae; cum igitur
Berta non habuerit, nec habere potuerit ejusmodi
certitudinem de condonatione et remissione sui
adulterii secuta in sacramentali confessione,
concludendum est, quod temere ac illicite procu-
pserit ad confirmandum sub jurejurando, se
ream non esse adulterii.

I Sic decito dubio, quod oriebatur ex primo casu, digre-
dimur ad decidendum dubium super altero casu
propositum, quod in eo vertit, an Titius negando
se pecuniam habere, Cajo, eam mutuam petenti,

item

dum tamen haberet, dixerit mendacium: et an idem Titius commiserit perjurium, dum Mævio mutuam pecuniam concessit cum reflexione ad juramentum quod emiserat de non dando amplius mutuam pecuniam.

II Ad hujus dubii decisionem deveniendo, censeoque, Titium non dixisse mendacium, dum Cajo pecuniam mutuam petenti negavit, se habere pecuniam, nec commisisse perjurium, mutuam pecuniam concedendo Mævio cum reflexione ad emissum juramentum. Quamvis enim Titius, habens pecuniam, et negans Cajo habere pecuniam videatur uti amphibologia cum restrictione mentali, quia negando habere pecuniam, dum tamen habet pecuniam, videtur negare se habere pecuniam cum hac restrictione mentali, ad tibi mutuandum; Nihilominus tamen dupliciter potest excusari à mendacio ea Titii locutio; excusari potest primo, quia ea Titii responsio congruere videtur menti postulantis, qui non censetur petere à Titio alias pecunias mutuas, quam eas, quæ ipsi Titio non sunt necessariæ, aut utiles; et ideo si idem Titius, à quo postulantur pecuniæ, illis opus habet vel pro necessitate, vel pro utilitate, cum veritate poterit dicere, et respondere etiam congrue ad mentem prudentem interrogantis, se non habere pecuniam. excusari potest secundo, et quidem expeditius, dicendo, quod jam omnes intelligant, hanc locutionem non habeo pecuniam in talibus circumstantiis significare, eum, à quo petitur pecunia mutua, velle dicere, se non habere pecuniam ad mutuandum; idque fit sine ulla mentali restrictione; quia aliunde ista est communis intelligentia.

III Quod

III Quod vero Titius perjurium non commiserit mutuam pecuniam concedendo Mavio, non obstante quod habuerit reflexionem ad emissum juramentum de non danda pecunia mutua: Ratio est, quia praescindendo à conscientia erronea quam Titius potuisset habere de validitate illius juramenti de qua suppositione noster casus non loquitur, potius fecit opus bonum, quam commiserit perjurium; quia reflexio quam Titius habuit ad illud juramentum, debuit esse tanquam ad juramentum nullum, et illicitum velut impeditivum operis boni, quod continet mutuum: est autem certissimum apud omnes principium, quod juramentum de re illicita praestitum aut etiam de opere minus bono, et cujus oppositum est melius, nullam inducat obligationem immo qui ejusmodi juramenta emittunt graviter peccant, nisi excusentur ob non plenam advertentiam, vel deliberationem.

[illegible]

Pro Congregatione diei 30. Mensis julij 1743.

Casus I

Parochus Maevii et Liviae misit nuntium ad Presbyterum Seiium non solum cum expressa licentia in scriptis ut eorum matrimonio assistat, sed etiam cum expressa ratihabitione assistentiae si quam idem Presbyter ob urgentes casus circumstantias ante nuntij adventum fors praestitisset: et cum revera dictus Presbyter astitisset matrimonio, cum spe certa obtinendae ratihabitionis, incontinenti post praestitam assistentiam percepit dictam expressam ratihabitionem. Nihilominus tamen oritur dubium, an illud matrimonium sit validum?

Casus II.

Caius et Berta cum ignorantia cujuslibet impedimenti dirimentis, neglectis tamen denunciationibus, contraxerant matrimonium in facie Ecclesiae juxta formam Concilij Tridentini, cum autem in eo matrimonio per aliquot annos fuissent et etiam proles exinde suscepissent, detectum fuit impedimentum dirimens. Hinc oritur dubium, an proles illae sint legitimae.

I. Prorsus inoptum esset dubium quod fuit propositum super primo ex casibus in hodierna Congregatione per Nos decidendis, si Sacrum Concilium Tridentinum, dum proprij Parochi praesentiam ad valorem matrimonij requisivit, eam restrin-

xisset

ad physicam ejusdemet Parochi personalitatem. In hoc enim casu esset evidenter manifesta nullitas matrimonii, cui adstitit Presbyter Alipius in proposita facti specie.

II Quoniam vero ex mente ac clara dispositione ipsiusmet Sacri Concilii, quivis Ordinarius, et Parochus proprius dare potest cuivis Sacerdoti licentiam valide ac licite assistendi matrimonio sui subditi: Qui aliter quam praesente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia — sunt verba formalia Concilii, Sess. 24. cap. 1. de Reform. matrimonii; fit, ut propositum dubium probabilitatis fundamento videatur inniti.

III Quinimmo videtur nec posse dubitari de illius matrimonii validitate; hoc ipso enim quod Presbyter Alipius dicto matrimonio adstiterit ob urgentes casus circumstantias, et adstitit cum spe certa obtinendae ratihabitionis a proprio Parocho Maevii et Liviae; jam non suo nomine adstitit, sed adstitit nomine ipsius Parochi, cujus expressa ratihabitio videtur retrotrahenda, et mandato seu praeviae licentiae comparanda juxta celebrem illam Juris Regulam in 6.° = Ratihabitionem retrotrahi, et mandato non est dubium comparari.

IV Cujus quidem juris Regulae verus, ac legitimus sensus secundum communiorem jurisprudentiam intelligentiam est iste: quando aliquis alterius nomine quid facit, etiamsi mandatum vel commissionem id faciendi non habeat; tamen si postea illud ratificatur, et approbatur ab eo, cujus nomine gestum est; idem sit, et idem operatur, ac si

effectu

effectus, ac si mandatum illud faciendi expresse
datum fuisset à ratificante, et approbante.

V. Et sanè ratihabitio tantam vim habet in jure, ut non
tantum aequipareter expresso mandato, sed etiam
retrotrahatur, tam ad tempus, quam ad locum, in quo
actus nomine alterius fuit gestus; ita nempe, ut
actus non primum à tempore ratificationis, sed
jam à tempore et die, quo alterius nomine fuit
gestus, validus esse et effectum suum habere
censeatur.

VI. Itaque tanta est vis, et effectus ratihabitionis, ut quan-
documque aliquid, ab alio nostro nomine gestum
postea ratificamus, et approbamus, idem sit et eosdem
habeat illius effectus, ac si a nobis ei prius expresse
fuisset mandatum, seu veniam ad id dedissemus
mandatum et commissionem.

VII. Sic enim ex. cau. si quis rem aliquam sine meo mandato
nomine tantum meo emit, et possessionem ejus
accipit, et ego postea ratam habeo, seu ratifico,
et approbo emptionem, idem acquiro dominium
et possessionem rei, ac si à Procuratore, expressum
mandatum ad id habente, fuisset empta d. l. 9. § 6.
l. ego ff. de negot. gest.

VIII. Quod non tantum de omni actu civili, et contractu intel-
ligendum est, sed etiam in casu eorum delictorum
quae nomine alterius committi possunt. Sic pariter
ex. cau. si aliquis me etiam inscio, sed meo nomine
aliquem dejecit à possessione, et ego hoc postea
ratifico, perinde teneor interdicto Unde vi
ad restituendam possessionem, et reficienda
damna illata; sicut teneor, si id à principio

man-

mandassem, ut constat ex l. 1. ff. de vi et vi armata

IX Et quod plus est, si quis sine meo mandato, nomine tamen meo percussit Clericum, et ego postea ratum habui, aequè excommunicatus sum, ac si prius ad id dedissem mandatum, ut constat ex clarissimo multum allegabili Cap.º cum quis, de sentent. excomm. in 6.º ubi sic legitur = Cum quis absque suo mandato manus injecit in Clericum suo nomine violentas, si hoc ratum habuerit, excommunicationem latam à Canone incunctanter incurrit, cum ratihabitio retrotrahatur, et mandato debeat comparari. Si verò injectio eadem suo nomine non fuit facta, tunc, licet quis ratam habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis vinculo innodatur: cum quis ratum habere nequeat, quod suo nomine non est gestum.

X Si igitur verum est, quod jura tantam vim tribuant ratihabitioni, ut eorum fictione translativa, factum alienum censeri debeat factum proprium ratihabentis, si hujus nomine gestum fuerit: cum ex nostra facti specie clarè deducatur, Presbyterum Stipetum, non ita adstitisse matrimonio ut id facere intenderet nomine suo, quin potius nomine proprii Parochi Sponsorum, cujus ratihabitionem certò obtinendam sperabat: videtur, inferri debere, matrimonium, cui ipse adstitit, esse omnino validum, stante expressa ratihabitione proprii Parochi, cujus nomine assistentiam illam praestitit.

XI Quidquid tamen videri possit de validitate ejusmodi matrimonii, ob vim, et effectum quemcunque, quem jura tribuunt ratihabitioni, Nos velut rei veritatem sedulò inquirentes, decidendum ducimus,

Sub.

super ea fact specie propositum. Censemus matrimonium Maevij, et Liviae, cui adstitit Presbyter Alipius esse omnino nullum, et invalidum. Quia, dum Sacrum Concilium Trid. requisivit, et praescripsit, tanquam necessariam ad valorem matrimonij praesentiam Parochi vel alterius Sacerdotis de licentia Ordinarij, vel ipsius Parochi, requisivit et praescriptum est, tempore ipsius actualis assistentiae ad matrimonium, tam Parochus, quam Sacerdos qui assistat de licentia Parochi, habeat requisitum authoritativae facultatis ad assistendum: adeoque alius Sacerdos, qui loco Parochi assistentiam matrimonio praestiturus, et eam valide praestet jam debet habere a proprio Parocho assistendi licentiam seu deinde verbo, seu scripto, vel alio signo, idque vel per concessionem specialem vel saltem generalem; alias enim non assisteret cum facultate authoritativa, nec haberet illud requisitum unde Sacerdos assistens dicitur esse testis qualificatus et exercere quandam quasi actum jurisdictionis.

XIII. Ut igitur alius Sacerdos valide assistat matrimonio loco Parochi, non sufficit quaecunque praesumpta, seu tacita licentia, quae contineretur in spe etiam certa obtinendae ratihabitionis: actus enim, qui fit cum spe ratihabitionis, non habet suum valorem tunc, quando geritur, sed eum habet in pendenti; ita nempe, ut, accedente ratihabitione, sit validus, invalidus vero, ea non superveniente. Atqui valor Sacramenti matrimonij non potest esse in pendenti. Statim debet esse validum, aut invalidum, Quamvis enim per conditionem appositam a

contrahentibus

contrahentibus possit suspendi matrimonii valor ad conditionis eventum, quod est commune omnibus contractibus, ejusdem tamen matrimonii valor nequit manere in suspenso, ob defectum in Sacerdote assistente qualitatis authoritativae, et post reconvalidandi; quia nunquam reconvalidari potest ad effectum, ut matrimonium illud aliquando sit validum.

XIII Enim quotiescumque ad actus valorem jura praescribunt necessitatem licentiae, haec debet praecedere ac per nullam ratihabitionem potest suppleri ejus defectus; quia jam ipsa licentia respicit et ingreditur formam et substantiam actus; adeoque ea non praecedente, aut concomitante, actus ipse esset nullus et nunquam de nullo posset fieri, aut intelligi validus, quamquam superveniente ratihabitione.

XIV Siquidem ea juris Regula = Ratihabitionem retrotrahi, et mandato non est dubium comparari = procedit tantum quo ad eos actus, quorum valor dependet a sola voluntate Domini, ejusque mandato, cujus defectus suppletur per ratihabitionem: valor autem matrimonii non dependet a voluntate Parochi, sed a voluntate sponsorum, illud contrahentium qui si nulliter contraxerint coram non habente quasi jurisdictionem a Concilio Tridentino requisitam, per nullam Parochi ratihabitionem potest eorum matrimonium reconvalidari adeoque sicut ab initio, ita post manet nullum ejusmodi matrimonium.

XV Quamvis autem matrimonium de quo loquimur, nullo modo judicari possit validum ex fundamento ratihabitionis; validum tamen illud foret, si

Credibi

Presbyter Alipius misisset ad Parochum illum nuntium, qui incontinenti post praestitam assistentiam matrimonialem venit cum litteris ipsius Parochi continentibus expressam licentiam assistendi et dictam expressam ratihabitionem assistentiae; quamvis enim Presbyter Alipius in dicta suppositione illicite egisset, assistendo matrimonio, antequam rescivisset licentiam petitam esse concessam, quia semper fecisset periculum, ne matrimonium fieret et esset invalidum, licentia nondum forte data a legitimo Parocho: validum nihilominus fuisset illud matrimonium, quia dictus Presbyter per nuntium petijsset a Parocho licentiam assistendi matrimonio Maevij et Liviae, valide ea usus fuit et quamprimum ipsa licentia esset concessa; quamvis eam concessam nondum intellexisset, quia semper per illum nuncium jam satis acceptasset illam licentiam.

XVI Quoniam vero in nostro casu nulla est expressa talis circumstantia, unde colligatur Presbyterum Alipium misisse illum nuntium ad petendam a Parocho licentiam: quinimmo expresse dicitur, Parochum misisse eum nuntium, providendo fortasse, se rem gratam praestiturum, ideo debet inferri, quod, tametsi Parochus reipsa concesserit Presbytero Alipio licentiam specialem, et expressam assistendi matrimonio Maevij et Liviae, et idem Presbyter illi matrimonio adstitit tantum post affectivè concessam dictam licentiam; nihilominus ipsum matrimonium fuerit, et sit nullum.

XVII Et ratio est, quia licentia illa, quam Parochus

dit

dat alteri sacerdoti, ut matrimonio possit assistere,
est quoddam quasi privilegium, seu quaedam donatio.
Privilegium autem, et donatio, etsi valeant à die
concessionis, etiam ignorante eo cui conceduntur,
dum tamen conferuntur ad instantiam, ut constat
ex L. si quis Cod. de repudiis, et ex L. 2 ff. de jure
Si tamen non ad instantiam, et petitionem, sed
motu proprio conferuntur, non prosunt, nisi à die
certiorationis et acceptationis, ut habet communis
tam Canonistarum, quam Legistarum sententia,
innixa pluribus Utriusque Juris textibus, et praesertim
Cap. 1 de Concess. Praeb. ubi leguntur formalia =
Privilegium prodest à tempore scientiae Cap. si
tibi absenti de Praeb. in 6. L. fin. Cod. de Constitution.
L. absenti ff. de Donationibus et aliis; et sane cur
ignoranti et nullo modo acceptanti deberet acquiri
privilegium, donatio, et beneficium &c.

XVIII Cum igitur Presbyter Aliquis non supponatur, aut per
se aut per alium petiisse à Parocho licentiam
assistendi matrimonio Maevii, et Liviae; sed ipse
Parochus motu proprio miserit nuntium ad ipsum
Presbyterum cum licentia in scriptis, ut coram
matrimonio assistat, quamvis Aliquis adstiterit
matrimonio post concessam à Parocho licenti[am],
tamen invalide ~~[illegible]~~ adstitit, quia adstitit
ante habitam scientiam concessae non petitae licentiae;
quae tamen scientia erat necessaria, ut esse
posset unio moralis inter voluntatem dantis
licentiam et voluntatem ejus, cui data fuit
licentia.

XIX Sicut igitur, nec ex ~~[illegible]~~ ratihabitione, nec ex taliter
ut diximus est, praeconcessa licentia, validum
reputari potest praefatum matrimonium; ita
multo

multo minus potest illud reputari validum ex eo, quod Presbyter aliquis, non prorsus libere, ac sponte, sed ob urgentes aliasq circumstantias ante nuptij adventum dicto matrimonio adstiterit. Nam Decretum Concilij Tridentini ubi publicatum, et receptum est, ita obligat ut nequidem in extremo agone, ac etiam intentato mortis metu possit valide contrahi sine Parocho aut alio Sacerdote de ipsius Parochi aut Ordinarij debite praemissa licentia, ob quamcunque demum causam, etiam gravissimam. Et ideo tamquam improbabilis consideranda est eorum opinio, qui autumant, proprij Parochi licentiam non esse necessariam Confessario, ut moribundum jungat matrimonialiter occultam concubinam ad emendandum affectum concubinarium, et ad legitimandam prolem.

Ad casum 2.

I Progrediendo nunc ad disquisitionem dubij super altera facti specie propositi, videtur omnino [illegible] dicendum proles illas esse legitimas, ob [illegible] textum textus in cap. Cum inter [illegible] qui filij sint legitimi: ubi sic legitur: cum inter Titium virum ac Bertam mulierem divortij sententia canonice fuerit lata: filij eorum non desinunt exinde retinere justitiam: cum parentes eorum publice sine contradictione ecclesiae inter se contraxisse noscantur. Quare [illegible] sancimus, ut filij eorum, quos ante divortium habuerunt, et qui concepti fuerant ante latam sententiam non minus habeantur legitimi, et quod in bona paterna haereditario jure succedant, et de parentum facultatibus nutriantur.

II Unde communis, ac certa est utriusque juris prudentum sententia, filios legitimos dici, et esse omnes illos

illos, qui nati sunt non solum ex vero legi-
timo matrimonio, sed etiam ex matrimonio putative
tali, et quidem ex matrimonio putative tali
sive ambo conjuges, sive eorum unus dunta-
xat fuerit in bona fide, dum in facie Ecclesiae
contraxit matrimonium, et pariter in bona fide
illud consummavit, ut disponit textus clarus in Cap.o
Ex tenore 14. qui filij sint legitimi, et Glossa
communiter recepta in Cap.um inhibitio 3. de
clandestina desponsatione.

III Hij tamen non obstantibus, profatetur Juribus decidentibus
contrarium, illegitimas esse illas proles, de quibus
loquitur casus propositus. Nam in Cap.o inhibitio
3. de clandestina desponsatione, quod est desumptum
ex Concilio Generali, postquam reprobata fuissent
tanquam clandestina ea matrimonia, quibus non
interesset Sacerdos, et quae celebrantur non premissis
in Ecclesia denunciationibus, in § immediate se-
quenti sic legitur = Si quis vero hujusmodi clan-
destina, vel interdicta conjugia inire praesumpserit
in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de
tali conjunctione suscepta prorsus illegitima cense-
atur, de parentum ignorantia nullum habitura
subsidium, cum illi taliter contrahendo, non
expertes scientiae, vel saltem affectatores ignorantiae
videantur.

IV Itaque per Concilium Generale antonomastice sic dictum et
est illud Lateranense quod celebratum fuit sub Innocentio III
velut clandestina reputabantur non solum ea matrimo-
nia, quae coram Sacerdote non celebrabantur, sed
etiam ea, quae coram Sacerdote celebrabantur, non
premissis tamen in Ecclesia publicis denunciatio-
nibus: et contra hujusmodi clandestina matrimo-
nia disponendo sanciunt illegitimitatem prolis
ex...

exinde suscepta: cum autem circa ejusmodi Canonicam dispositionem pœnalem nullum subsecutum fuerit jus correctorium, quis dubitabit dicere eam non subsistere? jus enim, quod non mutatur, cum stare prohibeatur.

V Quamobrem non juvat dicere, Concilium Generale pœnam illam illegitimitatis irrogasse matrimonio clandestino, matrimonium autem, quod Cajus et Berta contraxerunt, non esse clandestinum, quia tametsi initum fuerit non præmissis denunciationibus, celebratum tamen fuit in facie Ecclesiæ, juxta formam Concilii Tridentini, idest coram Parocho, et duobus testibus, adeoque ejusmodi matrimonium minime comprehendi sub rubrica matrimoniorum clandestinorum, contra quæ per Concilium Generale irrogatur pœna illegitimitatis prolis.

VI Nam multiplex est matrimonii clandestinitas, et præsertim triplex illa, quam refert Glossa in cit. Cap. fin. de clandestina desponsatione his verbis: uno modo cum non habentur testes; secundo cum non est cum solemnitate; tertio quando fit contra tenorem constitutionis ejusdem Capituli, videlicet non præmissa denunciatione. Quamvis igitur matrimonium, quod contrahitur coram Parocho, et testibus non præmissis denunciationibus, non sit ita clandestinum, ut nullitati pœnæ subjaceat, quia revera est validum: est tamen clandestinum ad effectum incurrendæ pœnæ illegitimitatis prolis, si matrimonium illud fuerit initum cum impedimento dirimente: quia Concilium Tridentinum declarans nullum matrimonium initum sine Parocho et testibus, non sustulit pœnam illegitimitatis

prolis

volet quam Concilium Generale irrogavit adversus contrahentes cum impedimento, neglectis publicis denunciationibus: immo Concilium Tridentinum dixit, se inhaerens vestigiis Concilii Lateranensis, et potius exasperavit quam mitigavit, vel correxit poenas ab hoc irrogatas contra ejusmodi matrimonia clandestina.

VII Equidem in conspectu formae, praesentiae Parochi, et testium, a Concilio Tridentino praescriptae pro validitate matrimonii, non cessat, quin potius semper firma consistit, et permanet ratio, et finis publicationum in Ecclesia praemittendarum celebrationi matrimonii tam ex dispositione antiqui Concilii Generalis quam ex dispositione Concilii Tridentini. Siquidem finis publicationum in Ecclesia praemittendarum est, ut impedimenta, si quae sunt, detegantur. Facile autem ignari esse possunt omnium impedimentorum tres illae personae, nempe Parochus et duo testes, non sic autem integer Populus, ex quo est praemonitus matrimonii contrahendi: igitur si ejusmodi publicationes negligantur, matrimonium inde secutum, quamvis initum fuerit coram Parocho et testibus adhuc censeri debet clandestinum, sicque obnoxium erit poenis a Concilio Generali irrogatis, et a Concilio Tridentino moderatis, aut correctis, et specialiter obnoxium erit poenae illegitimitatis proles, ex tali matrimonio suscepta, si matrimonium ipsum contingat esse nullum et invalidum ob aliquod impedimentum dirimens.

VIII Itaque non relevat dicere, quod, dum agitur de poenis incurrendis, vitanda sit acceptio impropria, solum autem matrimonium initum sine Parocho et testibus, proprie sit clandestinum et improprie

tantum

duntaxat sit clandestinum illud matrimonium, quod neglectis denunciationibus celebratur coram Parocho, et testibus; adeoque post Concilium Tridentinum sola denunciationum omissio non ponat clandestinitatem obnoxiam pœnæ illegitimitatis prolis. ~~duplicitur~~

VIII Duplicitur enim retunditur vis hujus argumenti: et imprimis dicendo, quod non omnis lex pœnalis sit restringenda ad proprietatem, sed solum illa, quæ meram puni=tionem delicti respicit; constitutio autem pœnalis Concilij Generalis respicit potius favorem publicum et animarum periculum vitandum, adeoque non cadit sub ratione pœnæ restringendæ, sed potius sub ratione favoris ampliandi. Deinde responderi potest, dicendo, quod ipsamet constitutio Conciliaris se satis clare explicet, de quo matrimonio clandestino intelli=gat, dum contra illud devenit ad pœnam illegiti=mitatis prolis, adeoque nulla fieri potest restrictio, aut interpretatio.

26.

Pro Congregatione diei 25. 7bris 1743.

Casus I:

Titius, et ejus confessarius, rixa ex lusu suborta, in conventu ita se percusserunt, ut ambo incurrerint excommunicationem: sed mox postea se reconciliarunt, et, cum esset tempus jubilaei, alter ab altero petiit absolutionem, seque invicem extra confessionem sacramentalem ab incursa excommunicatione absolverunt. Unde quaeritur
utrum, an petitio absolutionis respectu utriusque fuerit illicita; ideoque absolutio fuerit invalida: et absolvens inciderit in irregularitatem (I).

Casus II

Maevius, cum aliis mediis non possit a pravis moribus retrahere suum filium minoribus ordinibus initiatum, judicat id efficere posse verberibus. Unde quaeritur
utrum, et quomodo uti possit hoc medio, quin incidat in excommunicationem (II).

I (1) Cohaerenter ad principia firmiter in jure fundata [illegible] in utroque [illegible] sive verius [illegible] continentur in dubio [illegible] in hac congregatione [illegible] ex sententia [illegible] [illegible] excommunicatis excommunicatione majori, quae utrique, ex nostris confessariis [illegible] pro certo supponimus [illegible] ex necessitate fact.

II De jure antiquo [illegible] non excommunicatus vitare tenebatur omnem, et quemcumque excommunicatum, non solum publicum, sed etiam occultum, licet non [illegible]

...rio tam publicum tam occultum quam in publico. Occultum vero etiam in occulto vitare tenebatur, jure novo de excommunicatione ei constaret, ut habetur in Cap. Cum non ab homine, et ibi Gloss. in verbo denuntiatus non sit, De senten. excomm. Ratio autem cur occultus excommunicatus in foro vitandus erat, haec esse potuit: quia talis vere excommunicatus est, cum excommunicatio executionem secum trahat, Cap. Pastoralis § Verum De offic. delegat., adeoque vitandus est, siquidem denunciatio excommunicati non excommunicatum, sed eum jam esse excommunicatum declarat, ipsaque denunciatio fit tantum ob ignorantes.

III De jure novo autem aliud dicendum et observandum est. Nam in Concilio Constantiensi, quod celebratum fuit anno 1414 pro abolendo Schismate Pontificio, de consensu, authoritate et approbatione Summi Pontificis Martini V condita fuit celebris Extravagans, in qua constitutum fuit, ut imposterum nullus ex quacunque tandem causa excommunicatus, necessario vitandus sit a fidelibus, nisi ut excommunicatus specialiter et nominatim, quoad personam a judice Ecclesiastico publice sit denunciatus, vel nisi sit notorius clerici percussor. VI

IV Notorius autem clerici percussor est, et dicitur tunc, quando factum illud adeo manifeste et notorie constat, ut non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo juris suffragio excusari, quemadmodum dicitur in citata Extravaganti: Unde si percussio clerici adhuc est occulta vel ita constituta, quod vel plene probari non possit, vel celari, vel ex aliqua causa excusari, ut si percussor probabiliter ostendat, se ex joco, vel inadvertentia commisisse clericum, talis percussor non erit vitandus, prout communiter advertunt Doctores. VII

V Ut igitur aliquis vitandus sit tanquam notorius clerici percussor,

non

non sufficit publice constare, esse notorium clerici percussorem, sed requiritur, ut simul etiam constet, ac notorium sit, ipsum percussorem incidisse in excommunicationem contentam in famoso Canone, Si quis suadente diabolo; id autem constare, ac notorium esse non potest, si saltem probabiliter judicari possit, percussionem ob aliquam rationabilem circumstantiam fuisse excusatam, saltem ab illa gravitate, quae necessaria est ad incurrendam praefatam excommunicationem. Cum vero vix in aliquo casu possit esse tanta facti evidentia, ut nulla concurrat saltem apparens justa excusatio, ideo Doctores hac communiter concludunt arbitrio, et prudentiae literati judicis relinquendum esse, ut ex variis circumstantiis, ex qualitate actus, loci, [illegible] arbitretur, quo percussio dicatur ita notoria, ut nulla possit tergiversatione celari: atque ita [illegible] est, quod rarissimi possint esse illi casus, in quibus publici, ac notorii clericorum percussores tanquam excommunicati sint vitandi ante denunciationem judicis ecclesiastici.

VI Si quando tamen contingat esse talem notorium clerici percussorem, ut nulla prorsus tergiversatione celari, et nullo jure suffragio excusari possit, aut contingat aliquem esse a judice ecclesiastico publice denunciatum tanquam excommunicatum, palam est cum excommunicari debere, ejusque excommunicationem erga omnes illos juris effectus sortiri, qui ex variis canonibus a Doctoribus recensentur [illegible] communicantium cum ejusmodi excommunicatis communicant.

VII Quos inter effectus est etiam privatio omnis jurisdictionis, ita, ut tam in foro externo, quam in interno acta jurisdictionis ab excommunicato vitando sint ipso jure nulla; atque etiam privatio sacramentorum. Et quidem tam activi, quam passivi, [illegible] privationes se extendunt, ut excommunicatus vitandus etiam in articulo mortis nulliter absolvat tam a censuris, quam a peccatis.

VIII Quia

VIII Quoniam autem ipsemet adverto sermonem hunc durum apparere posse aliquibus; siquidem plurimi nostrorum temporum Moralistae, non solum tanquam satis probabile, sed tanquam certum amplectuntur, omnes sacerdotes, etiam excommunicatos vitandos, quoslibet poenitentes a quibuslibet peccatis, et censuris absolvere posse in articulo mortis: ideo nos, etsi haec disquisitio sit extra limitem [illegible] a nobis propositi, operae pretium esse ducimus, paulo accuratius sistere in probanda veritate propositionis paulo ante prolatae.

IX. Atque praestare id judicamus ita ratiocinando: Certum est quod excommunicatus vitandus, cum sit separatus a corpore Xti, id est ab Ecclesia, et sit traditus Sathanae, ut dicitur in can. Omnis Christianus, et in can. Nihil [illegible] 11 q. 3, atque a consortio totius Christianitatis eliminatus, ut habetur in can. Gravi [illegible] ead. Cau. et quaest. nullam in Ecclesia habet jurisdictionem, nec ullam potestatem jurisdictionis in ea exercere potest; igitur neminem potest judicare, neminem solvere, neminem ligare; et ideo a S. Th. in 4 dist. 18 quaest. 2 art. 1 in excommunicatio dicitur jurisdictionis privatio.

X Quin obstet dispositio Concilii Trid. sess. 14 cap. 7 ubi sic loquitur — Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis, et censuris absolvere possint.

XI Nam sacrum Concilium, dum declarat, in articulo mortis nullam esse reservationem, et ideo omnes sacerdotes absolvere posse, simul etiam declarat, id semper fuisse custoditum in Ecclesia Dei: sed ante Concilium communis erat opinio quod excommunicatus vitandus non possit absolvere a censuris, et peccatis, neque in articulo mortis; cujus sententiae fuit etiam S. Thomas, cujus doctrinam tanti fecit idem Concilium, et illi innixum gravissimas quaestiones, et controversias definivit; ejusdem sententiae fuerunt fere omnes Theologi, et canonistae:

igitur

Igitur signum evidens est, quod Sacrum Concilium sub illis verbis, omnes sacerdotes absolvere posse, nequaquam intellexerit comprehendere sacerdotes excommunicatos vitandos, sed duntaxat sacerdotes viventes in unitate Ecclesiæ, quamvis etiam non sint approbati pro audiendis confessionibus, vel etiam sacerdotes excommunicatos non vitandos, cum isti favore fidelium perinde considerari possint, ac si non essent excommunicati.

XII Et quod revera Sacrum Concilium non intellexerit sub illis verbis omnes sacerdotes comprehendere etiam excommunicatos vitandos, ad evidentiam demonstratur per Declarationem Sacræ Congreg. ejusdem Concilii, quam refert celebris Anquitta Bruxellensis Regnanus in Cap. 1 ... de sponsalibus: cum enim Episcopus Valentinensis petiisset ab ipsa Sacra Congregatione declarari, utrum poenitentem in articulo mortis constitutum possit in casibus reservatis absolvere quilibet sacerdos, etiam excommunicatus, et denunciatus, eadem Sacra Congregatio censuit non posse.

XIII Inter Cardinales autem ipsius Sacræ Congregationis in qua edita fuit modo dicta declaratio, erat Protector Joannes Cardinalis Moronus, qui paulo ante fuerat Legatus pro Apostolica in Concilio cum tanta authoritate, et multa ejus dexteritate agebatur. Quamobrem si Patres Concilii in eo decreto voluissent includere etiam sacerdotes excommunicatos denunciatos, seu alias vitandos, profecto Cardinalis Moronus nunquam consensisset, ut in Sacra Congregatione Concilii fieret contraria declaratio, quin potius reclamasset, et resolutionem impedivisset: quod cum non fecerit, immo consenserit allatæ declarationi, quomodo notum esse intentionem Patrum Concilii in eo decreto comprehendere etiam excommunicatos vitandos.

XIV His igitur ita se habentibus, concludendum est eos moralistas nostræ ætatis, qui contrariam opinionem frequentius sunt secuti, et sequuntur, vel non habuisse notitiam dictæ Declarationis Sacræ Congregationis

gationis, vel ornatos esse, per antefatum caput I, omnis Tridentini revera sublatam, et diremtam fuisse controversiam, quae hac de re versabatur inter Doctores, et quidem favore opinionis minus probabilis, minusque communis contra longe probabiliorem, et communiorem; quod tamen est falsum; etenim, ut accurate observat Cardin. Pallavicinus in sua praeclara historia Concilii Tridentini, mos Patrum ejusdem Concilii nunquam fuit definire controversias, quas Doctores Catholici, praesertim insignes habebant inter se, sed tantum decidere illas, quae agitabantur inter Catholicos, et haereticos; de potestate autem Sacerdotis excommunicati vitandi ad absolvendum in articulo mortis nulla erat inter Catholicos et haereticos controversia, sed duntaxat inter Catholicos; et opinio negativa erat communior, eratque S. Thomae, cujus doctrina in summa veneratione habebatur ab ipso Concilio.

XV Sed jam tempus est, ut ab hac non inutili digressione redeamus ad ea, quae propius confluunt ad decisionem difficultatum, quas, Davium a nobis propositam continet. Si confessarii Titius, et Cajus se ita publice percussissent, ut nulla tergiversatione, aut juris suffragio qualita excusatio juvare posset, quin judicandi essent notorii percussores, et in excommunicationem Canonis, Si quis suadente Diabolo, incidisse, dubitari nullatenus posset, quod petitio absolutionis ab invicem excommunicationis fuisset respective utriusque illicita, ipsaque absolutio fuisset etiam invalida, ut ex jam dictis manifeste constat.

XVI Cum vero isti confessarii se duntaxat percusserint in occulto, eorumque percussio in judicio non fuit deducta, nec confessata, nec propter eam ullus eorum fuit a Judice ecclesiastico denunciatus tanquam excommunicatus; idem apparet, non sine fundamento probabili fuisse a nobis propositam triplicem antefatam difficultatem.

XVII

XVII Etenim per laudatam extravagantem, quoad contrahentium vitandi excommunicatorum, a Christi fidelibus observanda, fuerit et maneat restricta ad solos excommunicatos specialiter denunciatos et ad publicos seu notorios clericorum percussores. in ipsa tamen Concilii constitutione fuit expresse cautum, quod Ecclesia minime intendebat per id excommunicatis in aliquo favere, vel eos in aliquo relevare, sed eos omnes, sicut vitandos, cum effectibus excommunicationis majoris subjectos remanere intenderit, prout liquet ex verbis ejusdem extravagantis in cujus fine haec verba habentur. Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari. 26.

XVIII Si igitur excommunicatus in nullo per hanc constitutionem sublevatur, sed omnibus excommunicationis effectibus manet obnoxius; consequens est, quod nullam habeat jurisdictionem, nullam potestatem ad ligandum et solvendum: et ideo videtur dicendum, quod per tres absolutiones respective utriusque ex nostris confessariis excommunicatis fuerint non solum illicita, quia se [illegible] ad peccandum, sed etiam quoad invalida, ob defectum jurisdictionis, ac potestatis ad absolvendum, ac demum quod uterque contraxerit irregularitatem, ob violationem excommunicationis.

XIX Nihilominus tamen, nos, praeteritis difficultatibus non obstantibus, censemus petitionem absolutionis respective utriusque in confessariis fuisse licitam, itaque absolutionem in dictis confessariis validam, et neutrum absolventem incidisse in irregularitatem. Pro fundamento principali hujus nostrae decisionis adducimus, et constituimus praeallegatam extravagantem Concilii Constantiensis, quae est sequentis tenoris: Ad evitandum scandalum et multa pericula quae conscientiis timoratis contingere possunt, Christi fidelibus tenore praesentium misericorditer indulgemus quod

quod nemo deinceps a communione alicujus, sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscunque divinis intus et extra praetextu cujuscunque sententiae aut censurae ecclesiasticae, a jure vel ab homine generaliter promulgatae, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum observare, nisi sententia vel censura hujusmodi fuerit illata contra personam, collegium, universitatem, ecclesiam, communitatem, aut locum certum, vel certam a judice publicata, vel denunciata specialiter et expresse, constitutionibus Apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Salvo si quem pro sacrilega manuum injectione in clericum in sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam a communione illius licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri juxta canonicas sanctiones. Et infra: Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos aut prohibitos, non intendimus in aliquo relevare, nec quomodolibet eis suffragari.

XX Quamvis autem isti excommunicati in aliquo relevantur, nec quomodolibet eis suffragetur haec constitutio, ex ipso tamen quod conceditur ~~[illegible]~~ universim et absolute [illegible] communicare cum quolibet excommunicato, nisi sit denunciatus, vel sit notorius clerici percussor, consequens est, quod petitio absolutionis ab excommunicatione reservata [illegible] ex nostris [illegible] fuerint [illegible] licita, ~~[illegible]~~ itaque absolutio pariter relaxata utrumque fuerit valida, cum utroque confessarius, uti suppono, fuerit ex approbatis ab Ordinario, et facultas ei [illegible] concessa sit, ut quilibet presbyter confessarius tam saecularis, quam regularis ex approbatis ab Ordinario [illegible], a quibusvis censuris in foro conscientiae absolvere, et liberare, quemadmodum solet esse tenor cujuslibet Bullae Jubilaei.

XXI. Nec

XXI Nec relevat dicere, in praefata constitutione nullam gratiam
esse collatam excommunicatis, sed tantum non excommu-
nicatis, ut isti cum illis, dummodo non sint vitandi,
possint communicare; in nostro autem casu cum
uterque (ut supponitur) sit excommunicatus, adeoque neuter
sit quoquo modo sublevatus praedicta Constitutione,
neuter quoque potest se ingerere ad communican-
dum cum altero. Nam quamvis verum sit, quod
per eandem Constitutionem nullum jus aut suffragium
ipsis excommunicatis concessum sit, excommunicatus
[illegible] se offerat ad absolvendum, seu a peccatis, seu
a censuris, peccet mortaliter; quia ipse excommunicatus
nullo modo sublevatur: non tamen potest inferri, quod
excommunicatus licite non possit petere absolutionem
ab excommunicato non vitando, habente potestatem
absolvendi ab excommunicatione; quia alias nec posset
petere eandem absolutionem a quocumque alio non
excommunicato, ejusmodi potestatem habente, quod
est absurdum. Igitur dicendum est, quod uterque ex
nostris confessariis excommunicatis non vitandis, petendo
absolvi ab altero, licite petat, et uterque valide
omnino absolvatur ab incursa excommunicatione.

XXII Nec difficultas moveri potest circa validitatem ejusmodi abso-
lutionis ex eo, quod ipsi confessarii, non in confessione
sacramentali, sed extra eam se invicem absolverint ab
incursa excommunicatione; quia est regula generalis,
quod confessarius potens absolvere a censura, hoc possit
praestare, etiam non audita peccatorum confessione; siquidem
absolutio a censuris non dependet a potestate ordinis,
quae exercetur in absolutione a peccatis, sed dependet
duntaxat a potestate jurisdictionis, seu ordinariae, seu
delegatae.

XXIII Certum est autem quod habens jurisdictionem ordinariam
possit extra confessionem a censuris absolvere, tam
pro foro externo, quam interno; quia nullo jure
potest

potest contrarium ostendi, et praxis est talis, ex qua de me ipso habeatur tantum pro singulis vicibus potestas delegata à Sacra Nunciatura Apostolica absolvendi, si quando occurrit, à censuris occasione dispensationum matrimonialium testor, quod extra confessionem sacramentalem ab eis absolvam, tam pro foro externo, quam interno.

XXIV Immo est valde probabile absolutionem à censuris licite ac valide impendi posse extra confessionem etiam dum in facultate delegata diceretur: auditis confessionibus absolvatur a peccatis et censuris; nam illa particula auditis confessionibus refertur ad absolutionem a peccatis, quia est materia necessaria spectans ad confessionem, non tamen vero materia censurarum per se; quia à censura sine confessione potest absolvi, et ad illam non est necessaria confessio. Multo magis igitur dicendum est, valere absolutionem, quam nostri confessarii sibi invicem impendebant extra sacramentalem confessionem, cum, ut supponitur, in Bulla Iubilei potestas, confessariis approbatis tributa, ut possint absolvere à censuris in foro conscientiae non sit ita restricta, et coarctata, ut in sola sacramentali confessione, et non extra eam absolvere valeant, tam licite, quam valide ab ipsis censuris.

XXV Ex hactenus dictis constat etiam, neque nostros confessarios, ob invicem sibi impensam absolutionem a excommunicatione, incurrisse irregularitatem, etquidem eam non incurrissent, tametsi illicite ac invalide absolvissent; quia irregularitas contrahatur ob violationem censurae, si quis ut veris ac propriis actus ordinis exerceatur, cujusmodi est celebratio Missae, absolutio à peccatis et alii, et exercentur tamen solemniter: absolutio autem ab excommunicatione, aliisque censuris est duntaxat actus jurisdictionis.

I (Ita decisio primo casu, progredimur ad decidendum secundum, idque paucis verbis, postquam, cum aliquando difficultatem non contineat. Quod non solum parentibus,

III

Seu etiam propinquis senioribus liceat corrigere constitutos in aetate minorenni, expressum habetur in cap. unica Cod. de emendatione propinquorum, quae ita sonat = In corrigen- 26.
dis minoribus, pro qualitate delicti, senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat: neque tamen nos in puniendis minorum vitiis potestatem in [illegible] cum extendi volumus, sed jure patrio auctoritas corrigat propinqui juvenis erratum, et privata animadversione compescat =

II Sed, cum Can: = Si quis suadente diabolo = universaliter prohibeat sub excommunicatione percussionem cujuscunque clerici, videtur dubitari posse, an Marius, qui incidat in excommunicationem, ut posset verberibus ad effectum retrahendi a vitiis suum filium in minoribus ordinibus constitutum. Verum dubium hoc decidendo censemus ab excommunicatione prorsus immunem esse Marium si moderate, ac leviter percutiat dictum suum filium correctionis causa: de hoc enim habemus textum expressum in Cap. Cum voluntate § Tir. de sent. et excom., ubi leguntur formalia = Si quis vero ratione officii, quod in Ecclesia obtinet, vel etiam aliqui canonici seniores, zelo devotionis pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos turbantes divinum officium et qui [illegible] praelationis, vel magisterii subditos, vel scholares correctionis causa leviter forsan percusserint, excommunicationis sententiam non incurrunt = quod et de his dicendum est, qui aliquos de familia sua; vel propinquos inferiorum ordinum simili modo, ut cohibeantur a suis insolentiis, et scientia bonisque moribus informentur, duxerint corripiendos.

III Caeterum nec propinquis, immo nec parentibus ipsis licet propinquum, aut filium, constitutum in majoribus ordinibus

percutere, etiam causa correctionis, quin incidat in excom-
municationem; quia, cum ex una parte nullibi in jure
concessum sit parentibus, aut propinquis percutere
clericum filium, aut propinquum in sacris constitutum.
ex altera vero parte in cit. cap. cum voluntate filios
et propinquos duntaxat in minoribus constitutos con-
ceditur percutere, valet argumentum a sensu contrario
quod in jure est fortissimum; sicque subintrat disposi-
tio can: = Si quis suadente diabolo = universaliter pro-
hibentis sub excommunicatione percussionem cleri...

IV Ut igitur noster Marius sit immunis ab excommunicatione
sufficit, si non ex odio, et mala voluntate sed paterno
zelo correctionis verberibus afficiat suum filium in
minoribus constitutum, servetque talem in percutiendo
moderationem, ut judicio prudentis dici possit
percussio levis, quamvis non leviter senserit
verbera a percussione, cujus salutaris correctio intenditur.

Pro Congregatione diei 18 Mensis Maij 1745

Primus Casus

Cajus, cum esset lapsus in peccatum mortale, elicuit actum contritionis perfectae, cum bene expresse proposito vellet quamprimum confiteri; cum autem octiduo post habuisset ex improviso copiam confessarii, ei confessus fuit, nullum tamen dolorem eliciendo, nec etiam se reflectendo super praefato actu contritionis, alias nedum retractato; sicque obtinuit absolutionem. Unde, oritur

Dubium; an ejusmodi absolutio fuerit valida?

Secundus Casus

Parochus in magno poenitentium concursu solitus, saepe omittere absolutionem a censuris, audita confessione Titii, eique imposita poenitentia, pronunciavit verba = ego te absolvo =; dum actu non habebat determinatam intentionem absolvendi, aut a censuris aut a peccatis; cum autem mox se determinasset ad absolvendum a peccatis protulit reliqua verba absolutionis a peccatis. Unde oritur

Dubium, an ejusmodi absolutio fuerit valida?

I Binum de more proposuimus casum, in hodierna Congregatione decidendum, utrumque concernentem absolutionem sacramentalem, sub diverso tamen respectu: in altero enim quaeritur de ejusdem absolutionis validitate comparate ad dolorem, in altero comparate ad verba et intentionem ipsiusmet absolutionis.

II Prioris casus resolutionem aggrediendo, in ipso limine nobis

percutere, etiam causa correctionis, quin incidat in excommunicationem; quia, cum ex una parte nullibi in jure concessum sit parentibus, aut propinquis percutere clericum filium, aut propinquum in sacris constitutum, ex altera vero parte in cit. cap. cum voluntate et propinquos duntaxat in minoribus constitutos concedatur percutere, valet argumentum a sensu contrario quod in jure est fortissimum; sicque subintrat dispositio: = Si quis suadente diabolo = universaliter prohibentis sub excommunicatione percussionem clericorum.

IV Ut igitur noster Marius sit immunis ab excommunicatione sufficit, si non ex odio, et mala voluntate, sed paterno zelo correctionis verberibus afficiat suum filium in minoribus constitutum, servetque talem in percutiendo moderationem, ut judicio prudentis dici possit percussio levis, quamvis non leviter sentiatur [illegible] a percusso, cujus salutaris correctio intenditur.

Pro Congregatione diei 18 Mensis Maij 1745

Primus Casus

Cajus, cum esset lapsus in peccatum mortale, elicuit actum contritionis perfectæ, quin tunc expressè proponeret velle quamprimum confiteri; cum autem octiduo post habuisset ex improviso copiam confessarij, ei confessus fuit, nullum tamen dolorem eliciendo, nec etiam se reflectendo super præfato actu contritionis, aliàs nedum retractato; sicque obtinuit absolutionem. Unde oritur

Dubium; an ejusmodi absolutio fuerit valida?

Secundus Casus

Parochus in magno pœnitentium concursu solitus sæpe omittere absolutionem à censuris, audita confessione Titij, eique imposita pœnitentia, pronunciavit verba = ego te absolvo =; dum actu non habebat determinatam intentionem absolvendi, aut à censuris, aut à peccatis; cum autem mox se determinasset ad absolvendum à peccatis protulit reliqua verba absolutionis à peccatis. Unde oritur

Dubium, an ejusmodi absolutio fuerit valida?

I Binum de more proposuimus casum, in hodierna Congregatione decidendum, utrumque concernentem absolutionem sacramentalem, sub diverso tamen respectu: In altero enim quæritur de ejusdem absolutionis validitate comparatè ad dolorem in altero comparatè ad verba et intentionem ipsiusmet absolutionis.

II Prioris casus dissolutionem aggrediendo, in ipso limine nobis

tan

tanquam certum occurrit advertendum, quodlibet compositum seu naturale, seu artificiale, seu etiam morale pro sua subsistentia necessario requirere respectivam partium unionem, seu coalescentiam, et coexistentiam earum partium quae sunt ipsius compositi essentialiter constitutivae.

III. Itaque, cum Sacramentum Poenitentiae sit quoddam compositum, non quidem physicum, vel artificiale, sed morale, cujus partes essentiales sunt contritio, confessio et absolutio, harum partium coalescentia est omnino necessaria pro illius subsistentia: ut autem ejusmodi coalescentia verificetur, non requiritur physica ipsarum partium coexistentia, sed duntaxat moralis, qualis nempe sufficit inter partes essentialiter constitutivas unius actus judicialis.

IV. Siquidem absolutio Sacramentalis fit essentialiter per modum judicij, quod nequit subsistere sine confessione delictorum et dolore, judici manifesto; ideoque, ut subsistat compositum Sacramenti Poenitentiae, non solum sufficit si confessio, et dolor de peccatis moraliter uniantur cum absolutione, sed etiam sufficit, si dolor ipse cum confessione moraliter tantummodo conjungatur.

V. Quamobrem juxta communem Theologorum sententiam certum est, dolorem non necessario debere physice conjungi cum confessione peccatorum; quia nulla lex praecipit ejusmodi physicam, seu realem conjunctionem doloris cum narratione peccatorum: et esset onus moraliter impossibile respectu eorum, qui habent permulta peccata narranda, eaque ex memoria eruere debent, et interim laborant aliqua cerebri debilitate, suntque obnoxii distractioni, perturbationi, aut timori; facile enim quartam, tertiam, dimidiam, vel etiam majorem partem suorum peccatorum omitterent confiteri si deberent

esse

esse solliciti, ut simul realiter, actualiter, formaliter, et expresse doleant cum singula enunciant.

VI. Quamvis proinde consultissimum quidem sit, si dolor, quantum possibile est, physice coexistat peccatorum confessioni, utpote quae necessario debet esse dolorosa; sufficit tamen ad plenum effectum si dolor ipse realiter ita praecedat, vel etiam subsequatur confessionem, ut cum ea adhuc moraliter conjuncta esse noscatur.

VII. Quod dolor ita possit physice praecedere peccatorum confessionem, ut cum ea moraliter conjungatur ad effectum ipsam constituendi dolorosam et sacramentalem, sicut frequenter contingit, vel facile percipitur, ut ex dicendis palam constabit. Quomodo vero dolor, qui physice subsequitur confessionem, possit ita moraliter conjungi cum praemissa confessione, ut eam efficiat materiam proximam sacramentalis ~~confessionis~~ absolutionis, Theologi casuum arbitri non conveniunt.

VIII. Si placet, audiamus eorum nonnullos in terminis idcirco loquentes. Suarez disp. 20. n. 31. sic loquitur = Licet peccatorum narratio, quatenus tempore antecessit contritionem, non habuerit consuetam rationem accusationis, tamen quatenus postea informatur per sequentem contritionem, et ut sic informata subjicitur clavibus ab ipsomet poenitente, postulante, vel exeunte absolutionem, sufficienter continuatur in ratione accusationis sacramentalis =

IX Dicastillus disp. 6. dub. 4. num. 135. plane ita scripsit = Si prius historice, aut etiam vane, et ridicule explicuit quis sacerdoti seriem, et species peccatorum suorum, si tamen postea aliqua ratione sufficienter explicet velle illa subjicere absolutioni, ista ultima explicatio qua id significat cum dolore conjuncta, sufficit, ut illa prior confessio possit servire ad absolutionem =

X Layman lib. 5. tract. 6. cap. 4. num. 4. ita loquitur — Ad hoc vero omnino necessarium est, ut dolor animi, post peccatorum

torum narrationem habitus, externo aliquo signo accusationem humiliando se coram Sacerdote et absolutionem petendo, seu expectando. Tale enim signum relatum ad peccata ante explicata, a quibus pænitens absolutionem petijt, veram rationem Sacramentalis confessionis habet. Ut autem certior sit absolutio a peccatis, solent prudentes confessarij, si de pænitentis interna dispositione dubitent, excitare eum ad dolorem de peccatis paulo ante narratis, tum concipiendum, tum ore profitendum, postea vero desideratam ipsi absolutionem conferunt.

XI. Itaque præfati Authores, quibus alij complures adhærent, judicant peccatorum confessionem satis habere rationem accusationis sacramentalis, adeoque vere dolorosa, si dolor de peccatis confessis physice quidem seu realiter eliciatur duntaxat post peractam, et completam confessionem; aliquo tamen signo externo reddatur sensibilis, et ad eandem confessionem referatur.

XII Hujusmodi autem signum credunt aliqui esse ipsam præcedentem confessionem, ut imperatam ex voluntate obtinendi absolutionem et suscipiendi Sacramentum pænitentiæ, ad quod essentialiter requiritur etiam dolor. Aliqui vero dicunt, ipsum dolorem sufficienter fieri sensibilem per expectantiam absolutionis, et perseverantiam genuflexionis, quæ eisdem videtur esse quædam continuata peccatorum confessio. Nonnulli putant dolorem moraliter conjungi cum confessione tempore præcedente, eamque sensibiliter reddere dolorosam in ratione accusationis sacramentalis per confiteor, quod præmitti solet, et videtur significare dolorem, tam præcedentem, si quis est elicitus, quam etiam futurum, seu eliciendum post confessionem, sed ante absolutionem. Demum alij dolorem post confessionem elicitum opinantur satis fieri sensibilem, satisque moraliter conjungi cum præcedente confessione, si pænitens post elicitum dolorem dicat, se dolere, vel etiam duntaxat tundat pectus.

XIII. Utut vero valde probabiliter sic opinentur præfati Authores,

non

non tamen desunt, quibus oppositum videtur esse probabilius; siquidem Coninck, Gormaz, Palavicinus, Bonacina, Stoz, et plures alij, quos numerare non vacat, arbitrantur, ad Sacramentum Pœnitentiæ non sufficere dolorem, qui per solam voluntatem consequentem refertur ad confessionem præcedentem; sed requiri dolorem, qui sit elicitus ex intentione confitentis, et rationem dant; quia dolor necessario requisitus ad valorem sacramenti pœnitentiæ debet esse actio sacramentalis, ideoque tanquam pars materialis cum confessione, quam essentialiter reddere, et efficere debet dolorosam, subjici debet absolutioni tanquam formæ, per quam determinatur, sicque fit sacramentum. Non videtur autem, quomodo id possit verificari, nisi dolor eliciatur ex intentione confessionis. Quomodo vero potest elici ex intentione confessionis, dum confessio tempore præcedit, et dolor realiter subsequitur ipsam confessionem?

XIV. Pro adstipulanda hujusmodi opinione potest adduci paritas de baptismo. Sicut enim ablutio, facta sine intentione baptizandi, quamvis immediate post referretur ad Baptismum, et adderetur forma, non esset actio sacramentalis, et nec pars Baptismi; sic nec dolor elicitus sine intentione confitendi, quamvis immediate post referretur ad confessionem præcedentem, et subsequeretur forma absolutionis, videtur esse posse actio sacramenti Pœnitentiæ.

XV. Nec videtur obstare, quod ablutio sit actio ministri qui nomine Christi agit, ideoque specialiter debeat poni ex intentione sacramenti. Nam etiam ad actionem suscipientis requiritur intentio sacramenti: si enim ordinandus poneret contactum materiarum sine intentione sacramenti, non ordinaretur valide, quemadmodum videtur, quod nec valide susciperetur sacramentum Pœnitentiæ ab illo, qui poneret quidem confessionem dolorosam, sed sine intentione obtinendæ absolutionis.

XVI. Hæc

XVI. Hactenus retulimus Doctorum opiniones circa dolorem elicitum post confessionem. Nunc aperiamus idcirco nostrum sententiam, ejusque determinemus, ut in praxi certam aliquam regulam observemus.

XVII. Prima sententia speculative loquendo censeri potest valde probabilis; illius tamen praxis est illicita, cum agatur de valore Sacramenti: est enim illicitum in Sacramentis conferendis, vel recipiendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, ut infertur ex propositione damnata ab Innoc. XI. Cum igitur posterior sententia, quae requirit, ut dolor sit elicitus ex intentione confitendi, et consequenter, vel comitetur, vel ita praecedat confessionem, ut ei moraliter conjungatur, ipsamque reddat dolorosam, non solum sit probabilis, sed etiam tutior: ideo in praxi omnino tenendum, et procurandum est, ut dolor de peccatis eliciatur ex intentione ea confitendi, ipsamque confessionem, vel praecedat, vel comitetur, nunquam vero primo post confessionem eliciatur dolor, praesertim etiam ideo, quia grave potest esse periculum, ne medio illo tempore, quod confessionem inter et absolutionem intercedit, paenitens aut penitus obliviscatur doloris, aut certe serium, sufficientemque dolorem non eliciat.

XVIII. Cum vero judicando, sic in praxi esse observandum, credimus ad securitatis portum appulisse, videtur a nobis reprobari communis, et valde laudabilis consuetudo eorum Confessariorum, qui, prout faciendum esse monet Rituale Romanum, de ordine ministrandi Sacramentum Paenitentiae §. i, audita confessione conantur efficacibus verbis adducere paenitentes ad dolorem, et contritionem, praesertim cum timent eam non fuisse elicitam, qui tamen ideo jubeant iterum confiteri: videtur quoque pariter reprobari communis fidelium usus, qui, si forte peccata sine dolore sunt confessi, dummodo tamen postea, saltem ante completam absolutionem, illum eliciant, non amplius dubitant de valore Sacramenti.

XIX.

XIX Adeo gravem difficultatem continet ejusmodi objectum, ut pro casu, quo pœnitens vel ex se, vel adducente confessario, primo post confessionem elicit dolorem, necessario debeamus judicare, observandam esse sequentem regulam, ut semper pœnitens post dolorem elicitum teneatur se accusare, seque accuset saltem in genere de peccatis antea expositis, vel saltem, ut ipse pœnitens, interrogante confessario an iterum se accuset de peccatis illis, respondeat, ita: utroque enim ex istis modis procedens confessio erit certo habenda pro sufficienter repetita ad effectum, ut possit esse, sitque vere dolorosa, et sacramentalis, et per consequens materia proxima absolutionis tanquam formæ.

XX. Hucusque disseruimus, quomodo dolor, post peccatorum confessionem elicitus, debeat se habere respectu ejusdem confessionis, ut eam sacramentaliter dolorosam efficiat. Nunc autem proprius accedendo ad ea, quæ conferunt ad decisionem dubii super nostro casu propositi, disquirere debemus, quomodo, et qualiter ad eundem effectum, se habere debeat dolor, ante confessionem elicitus.

XXI Omnes Theologi morales in hoc certe conveniunt, eum dolorem præcedenter ad confessionem elicitum ipsam reddere sacramentaliter dolorosam, qui moraliter conjungitur cum ipsa confessione, posita ex intentione obtinendæ absolutionis. Ast si ab illis sciscitamur, quinam dolor præcedens sic conjungatur cum confessione, vix non omnes diversimode respondebunt! Unde videtur esse valde difficile aliquam statuere regulam, idcirco tanquam certam practice servandam.

XXII Granado apud Aversam quæst. 11. sec. 1. absolute requirit temporis propinquitatem. E contra aliqui apud Dianam part. 3. tract. 4. putant sufficere, si dolor etiam ante plures annos fuerit elicitus, et nunquam retractatus. Nonnulli apud Moyam quæst. 9. num. 3. dicunt sufficere dolorem

dolorem ante mentem elicitum. Probat lib. 1. proll.
24. et Arriaga disput. 37. n. 15. ajunt in genere,
sufficere dolorem etiam longo tempore antecedentem
Alieres cum Hurtado autumant, satis esse, quamvis quatuor,
quinque, aut etiam pluribus diebus antecedat.
Navarrus, Lohr, Ledesma, et alij existimant, dolorem
moraliter posse conjungi cum confessione, quamvis
hanc praecedat uno, altero ve die. Sambucinus cum
Dicastillo censent sufficere, si dolor etiam toto die
antecedente praecesserit. Spoter cum quibusdam pro
certo affirmat sufficere, si dolor tribus, vel quatuor
horis tantum praecedat confessionem.

XXIII Verum, in tanta sententiarum varietate, quaenam amatis
est tenenda pro certa regula, in praxi observanda?
Quomodo decidemus dubium, in nostro casu propositum.
Illud facile decidemus censendo sicut * Censemus, invalidam omnino fuisse absolutionem à Cajo obtentam
in circumstantijs de quibus loquitur ipse casus.

XXIV Quamvis enim Cajus, postquam esset lapsus in peccatum
mortale, elicuisset actum contritionis perfectae tamen
tunc expresse non proposuit velle quamprimum confiteri
et cum octiduo post, habita ex improviso copia confessarij, fuisset confessus, tunc tamen nec elicuit novum
dolorem, nec renovavit contritionem octiduo ante elicitam
immo nequidem ad eam se reflexit: igitur nullus adfuit
dolor, nec praesens, nec subsequens, nec praecedens, qui
confessionem illam effecisset dolorosam: ideoque pro certo
tenendum est, dictam absolutionem fuisse omnino invalidam.

XXV Quandoquidem ad immediatam conjunctionem partium Sacramenti Poenitentiae necessario requiritur, quod dolor antecedenter elicitus ita referatur ad confessionem, ut
ea efficiatur dolorosa ipsaque confessio fiat virtute
ipsius doloris; quemadmodum optime explicat Suarez
tom. 4. in 3. part. disp. 20. sect. 4. num. 29. sic inqui.

inquiens = Est certum posse quidem dolorem hunc tempore
antecedere istam confessionem = et paulo post ita prosequitur=
Solum oportet advertere semper esse necessarium, ut talis 26.
dolor internus ex intentione poenitentis formali, vel virtu=
ali ad confessionem referatur: quod fit, quoties quis pecca=
ta recogitat et de iis dolet, ut ea confiteatur, vel probet
signum sui doloris in ordine ad confessionem faciendam
seu absolutionem obtinendam: ac denique quoties quis dolet
de peccatis cum expresso proposito illa confitendi, ex cujus
* virtute postea confessionem facit; nam quilibet ex his
modis sufficit ad veram accusationem. aliqua vero huju=
smodi relatio necessaria est, quia intentio sacramenti, ex
partium ejus in ordine ad constitutionem illius, necessaria
XXVI. est ad sacramentum conficiendum = Hucusque Suarez.
Nec juvat dicere, in contritione illa perfecta, ob Deo ante
elicita, fuisse inclusum votum implendi omne praeceptum ipsi=
=tum etiam illud confitendi: sicque eadem contritio sufficien=
ter referebatur ad postea secutam confessionem, eam=
que revera dolorosam effecerat.
XXVII. Nam imprimis ejusmodi argumentum nimis probat, et con=
sequenter, ut solet dici, nihil probat: Probat enim, quod
etiam contritio ante mensem, ante annum, aut etiam
ante plures annos elicita et non retractata, seu nec etiam
renovata, possit sufficere, et satis moraliter conjungatur
cum confessione hodie peracta sine ullo alio dolore: quod
tamen induceret laxitatem scandalosam, et continet mani=
festum errorem.
XXVIII. Deinde quamvis in illa contritione fuerit contentum votum im=
=plendi hunc praeceptum sicque etiam praeceptum confitendi:
cum tamen ista contritio fuisset elicita sine ulla expressa vo=
luntate confitendi, nec postea, aut dum peracta fuit confessio
facta fuerit ulla reflexio, aut relatio ejusdem contritionis
ad confessionem: est omnino imperceptibile, quomodo, ac
qualiter ipsa confessio potuerit unquam esse dolorosa,
et sacramentalis vi ejusmodi contritionis, cum nec for=
maliter, nec virtualiter ullum influxum habuerit respectu
secutae confessionis et absolutionis.
XXIX Caeterum etiam, quidquid sit de probabilitate sententiae, quae admittit, eundem mer

eundemmet dolorem physice praeteritum posse sufficere pro pluribus confessionibus distinctis, et separatis. Quidquid sit de probabilitate sententiae non requirentis formalem, aut saltem virtualem relationem doloris ad confessionem. Quidquid demum sit de probabilitate sententiarum, quae ad confessionem sacramentalem tanquam ~~certo~~ sufficientem adstruunt dolorem praecedenter elicitum, etiam ante quinque, ante octo, et plures dies; Quidquid inquam, sit de ejusmodi sententiarum probabilitate, ea tamen meritum suum, et pondus habeat in scholis inter disceptationes a speculantium ingeniorum subtilitate institutas: nunquam vero ubi recipiatur, sicut nec recipi potest in Foro Sacramentali. quia, ut jam diximus ab Innoc. XI. damnata fuit propositio, quae admittebat, non esse illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore.

XXX. Cum igitur sit probabile ac etiam tutius, ut dolor, qui confessionem physice praecedit, non solum referatur ad confessionem, sed etiam ipsa virtualiter perseveret, ut certo reddat confessionem dolorosam, quod prudenter timetur posse fieri, si dolor ultra unum alterumve diem praecedat; concludamus, eum graviter peccare, adeoque non susciperе Sacramentum Poenitentiae, qui cum dolore ante quinque, aut plures dies elicito, et non renovato, peragit peccatorum confessionem in ordine ad obtinendam absolutionem sacramentalem.

I. Cum gradiamur jam ad disquirendum super dubio alterius casus, ut illius congruam decisionem proferamus. Sed quomodo congrue poterimus ejusmodi dubium decidere, si quaestio circa verba essentialia absolutionis sacramentalis, a cujus resolutione videtur pendere decisio nostri dubii, etiamnum est indecisa inter Theologos, qui in diversam ideirco abiere sententiam, utrinque probabiliter ~~adeo~~ ~~adeo~~ defensa?

II Longe

II Longe communior, et probabilior sententia, quae est S. Thomae quaest. 88. art. 13, aliorumque gravissimorum Authorum docet, hae sola verba = absolvo te = aut his perfecte aequivalentia, esse de essentia formae absolutionis sacramentalis; 26 quia ea sola sufficienter significant quod Christus voluit significari per formam, dum instituit sacramentum Paenitentiae per modum judicij, scilicet personam absolventis cum potestate, personam rei, quae absolvitur, genus vinculi, a quo absolvitur, et demum exercite ipsum actum absolutionis; siquidem per verbum = absolvo = saltem implicite significatur persona absolventis, per pronomen = te = significatur persona rei, et per eademmet verba simul sumpta, et ex intentione ministri prolata in his determinatis circumstantiis sacramentalis judicij post auditam peccatorum confessionem, significatur etiam genus vinculi a quo reus absolvitur, ac demum exercite significatur actus ipse absolutionis, quo reus ab ejusmodi vinculo absolvitur.

III. Nam etsi verbum = absolvo, prolatum extra determinatas circumstantias, de se sit indifferens, ut solutionem ab hoc, vel illo vinculo significet: ex subjecta tamen materia, ex intentione ministri in praedictis determinatis circumstantiis prolatum sufficienter determinatur ad significandum potius solutionem a vinculo peccatorum, quam a quocunque alio vinculo; pari nempe modo, quo verbum = baptizo, seu abluo = si sit prolatum extra circumstantias aliquas determinatas potest significare mundationem non sacramentalem baptismi ab his, vel illis sordibus naturalibus; si tamen sit prolatum in circumstantiis determinatis pro baptismo, significat internam mundationem animae a sordibus peccatorum.

IV. Econtra vero nonnulli gravissimi Doctores, ut Petrus Sotus, Paludanus, Major, Gabriel, Durandus, [struck out] docent illa sola verba = absolvo te = non esse sufficientia, sed ad essentiam formae absolutionis sacramentalis a peccatis requiri etiam illa verba = a peccatis tuis, aut alia eis aequivalentia: et sane valde rationabiliter id docent: eo quod illa duo verba = absolvo te = etiam dum

pronun-

pronunciantur in confessionali super praesentem poenitentem, modo sua peccata confessum, adhuc sunt indifferentia ad significandam absolutionem, vel a peccatis, vel a censuris; quemadmodum vel ex ipsa nostri casus specie resultat: forma autem absolutionis sacramentalis debet determinate significare absolutionem a peccatis; quia non plus efficit, quam quod determinate significat.

V. Accedit, quod si Confessarius super poenitentem sola venialia confessum, sed obstrictum mortalibus, quorum fuit oblitus, proferat haec verba praecisa = absolvo te =, profecto verba ista ex modo significandi et concurrente circumstantia confessionis venialium duntaxat, videntur referri ad sola venialia confessa, et non ad mortalia oblita: cum igitur verba = a peccatis tuis = addita verbis = absolvo te = important significationem formae absolutionis necessariam, ad ejus essentiam omnino requiruntur.

VI Verum, quidquid sit de probabilitate utriusque praefatae sententiae credimus, ejusmodi indecisionem non posse suspendere resolutionem nostri dubii: Ideoque * censemus, absolutionem a nostro Parocho impertitam fuisse omnino validam: Sive enim adhaereamus uni, vel alteri ex praedictis sententiis, nihil tamen est allegabile, quod officiat validitati absolutionis, de qua loquitur noster casus.

VII Nam, si juxta priorem sententiam judicamus totam essentiam absolutionis sacramentalis consistere in illis verbis = absolvo te = necessario debet inferri, quod in nostro casu illico post prolata illa verba = ego te absolvo = valide prolata fuerit integra absolutio sacramentalis; quamvis Parochus ob animi distractionem non habuerit actualem determinatam voluntatem absolvendi, seu a peccatis, seu a censuris; sufficit enim quod, dum accessit ad confessionale, et coepit audire confessiones, habuerit intentionem faciendi quod facit Ecclesia, et Christus statuit, dum instituit Sacramentum Poenitentiae; quemadmodum supponitur idem Parochus intendisse, et quilibet probus censetur semper ipsum intendere: Si enim, tametsi non semper habeatur intentio actualis in absolvendo, ut non raro contingit ob voluntariam, involuntariamve animi distractionem; semper tamen adest intentio virtualis, quae

quae juxta omnium Theologorum sententiam certo sufficit pro validè administrandis Sacramentis.

VIII. Nihilotamen minus si à nostro Parocho fuisset duntaxat prolata illa verba = ego te absolvo = seu deinde fuisset prolata cum sola intentione virtuali, seu etiam cum intentione actuali formali, et determinata absolvendi à peccatis, revera sub peccato mortali debuisset addere, et exprimere illa verba = à peccatis tuis = ; quia sententia, etiam haec verba requirens ad essentiam absolutionis, est probabilis, simulque est tutior. Igitur noster Parochus aliter operando incidisset in opinionem damnatam ab Innoc. XI., ex qua infertur esse omnino illicitum sequi sententiam probabilem relicta tutiore in administrandis Sacramentis. 26.

IX. Si vero adhaereamus sententiae, quae ad essentiam absolutionis requirit etiam illa verba = à peccatis tuis =, multo magis judicare debemus pro validitate absolutionis, de qua loquitur noster casus: Quamvis enim in ejusmodi suppositione illa verba solitaria = ego te absolvo = nondum continuerint absolutionem à peccatis; immo videatur ob supervenientem Parochi reflexionem, in eo usque tunc non fuisse actualem intentionem determinatam absolvendi, nec à peccatis, nec à censuris, tamen adfuit intentio virtualis, nulla contraria intentione destructa.

X. Caeterum quando noster Parochus protulit illa verba = ego te absolvo = nequaquam opus erat, ut tunc seu virtualiter seu formaliter seu tacitè, seu expressè in eo reperiretur determinata intentio absolvendi à peccatis; Nam verba, indicativi modi, quibus conficiuntur Sacramenta, tunc solummodo debent habere determinatè suam sacramentalem significationem, quando profertur ultimum verbum essentialiter requisitum ad valorem Sacramenti. neque enim apparet, cur ultimum illud verbum sicut efficit Sacramentum, non etiam sufficienter determinet confusam, indeterminatamque praecedentium verborum significationem, et proinde postquam Parochus noster protulit illa verba = ego te absolvo = licet tunc non habuerit determinatam intentionem absolvendi à peccatis, quando tamen subdidit = à peccatis tuis = jam satis determinavit praecedentem indeterminatam significationem illorum verborum = ego te absolvo =, trahendo illa ad significandam absolutionem peccatorum, non autem censurarum.

XI. Jam e

XI. Quae amplius reddi potest manifestum paritate verborum consecrationis Eucharisticae. Siquidem pronomen = Hoc = necessario importat in recto aliquid confusum, vagum et indifferens secundum rationem ad eandem, Corpus Christi, aut aliam substantiam quamlibet, quae in fine prolationis aptet sub talibus accidentibus; potest enim Sacerdos, cum dixit Hoc = addere = est panis meus = vel est corpus meum: Videmus itaque pronomen = Hoc = tunc quando dicitur, significare indeterminate gradum substantiae; in fine tamen propositionis determinatur ad significandum Corpus Christi. Igitur etiam illa verba = Ego te absolvo = ut ut in se indeterminata ad significandam absolutionem peccatorum vel censurarum, determinari possunt et effective determinantur ad significandam absolutionem peccatorum per illa verba = a peccatis tuis =.

Pro Congregatione habenda die 15 Mensis Julij 1745. 26.

Casus I.

Titius, cum nec liberos haberet, nec spem successionis, haeredem instituit Cajum amicum suum, addens juramentum de non revocando condito testamento, quod tamen postea revocavit, aliudque condidit ad causas pias, legando quingentos Ducatos Maevio, juveni bonae indolis, si Religionem ingrederetur, et octingentos Ducatos quatuor nominatis in ipso testamento pauperibus puellis suis consanguineis, honestè maritandis, quarum duae ingressae fuerunt Religionem, quam etiam ingressus fuerat Maevius, sed ex Novitiatu exijt. Unde oritur

Dubium, an Titius validè, ac ~~licitè~~ revocaverit testamentum, et puellae religionem ingressae, nec non Maevius ex ea egressus, relicta legata consequantur?

Casus II.

Sempronius in Sacramentali confessione se accusat, habere consuetudinem falsò jurandi, et blasphemandi, ideoque saepè inadvertenter, ac etiam ex subito irae motu, falsò jurasse, et blasphemasse. Unde oritur

Dubium, quomodo cum Sempronio se gerere debeat Confessarius?

I Binum de more proposuimus casum, in hodierna Congregatione decidendum. Alterum, quem legalem-moralem, alterum, quem moralem-prudentialem non ineptè possumus appellare. Dubium, quod ex prioris

speciè

specie facti exoritur, quadruplicem continet difficultatem; videlicet, an Titius valide? an etiam licite revocaverit Testamentum? an puella religionem ingressa relictum Legatum consequantur? et an pariter Legatum sibi relictum consequatur Maevius egressus ex Novitiatu Religionis, quam fuerat ingressus?

II Videtur non sine ratione posse apparere, invalide à Titio fuisse revocatum prius Testamentum, etsi ad pias causas condiderit posterius; Quamvis enim omnium in utroque jure prudentum ea sit communis sententia, quod testator usque ad extremum vitae exitum pro libitu possit semper suum mutare testamentum, vel penitus revocare. Si tamen testamentum semel legitime, ac valide conditum jurejurando fuerit confirmatum, adeo magnum robur videtur obtinere, ut per nullum posterius testamentum possit subverti, vel revocari.

III. Si enim tanta est vis juramenti, ut non solum confirmet contractus de jure validos, sed etiam invalidos, eos nempe, qui sola Lege civili declarantur irriti et non adversantur bonis moribus naturalibus, nec vergunt in praejudicium publicum, quemadmodum habet communis Doctorum sententia; multo magis talem adjiciet firmitatem testamento, alioquin legitimo et valido, ut illud per posterius nullo modo possit valide revocari.

IV Cum igitur testamentum à nostro Titio conditum vere legitimum fuerit, ac validum, adeo magnum robur

robur, a juramento eidem adjecto mutuatum fuit, id
putandum est, eumque valide revocari per
inutilem posterius testamentum: si autem nos ad
ita opinandum induceremus, opinari quoque debere-
mus, multo magis illicite fuisse a Titio revo- 26.
catum prius testamentum, ac demum contendum
esse, a nemine fore percipienda legata in
posteriori testamento relicta.

V. Si vero supponeremus prius testamentum valide fuisse
a Titio revocatum per posterius, videretur quoque
putandum id accidisse licite: sed non tamen
propterea videretur posse apparere jus satis fun-
datum, vi cujus puella religionem ingressa et
Maevius ex ea egressus possent petere legata
in posteriori testamento respective relicta: quin
potius videtur contrarium esse tenendum.

VI. Nam, tametsi certum esset, per posterius testamentum
valide, ac etiam licite fuisse revocatum anterius
testamentum; nihilominus tamen nec respectu
puellarum, quae fuerant ingressae religionem; nec
respectu Maevii, qui fuit egressus e Religione,
purificata fuit conditio, sub qua legata eidem
respective fuerint relicta, siquidem puellis fuit
relictum legatum, quatenus matrimonium contraherent,
nomine autem matrimonii simpliciter, et absolute
prolati, intelligitur solum matrimonium carnale;
Maevio vero fuit relictum legatum, quatenus ingre-
deretur religionem, quod debet intelligi
cum effectu, idest quatenus emitteret in religione
professionem: cum igitur hanc non emiserit, videtur
non posse consequi legatum.

VII. Quamvis

VII. Quamvis vero praefata, aliaque plura esse possint diversorum suppositorum motiva; Nos tamen propositum dubium decidendo, censemus Titium valide quidem, sed illicite revocasse testamentum; et tam puellas religionem ingressas, quam Maevium ex Novitiatu egressum contingere legata respective relicta in posteriori valido testamento.

VIII. Quod Titius prius testamentum valide revocaverit per posterius, pro certo habendum est, spectata libertate tam a jure naturali, quam a jure Gentium descendente, et tam a jure civili, quam a jure Canonico comprobata, quam quilibet habet pro libitu suum testamentum usque ad mortem mutandi, vel penitus revocandi; quod adeo verum est, ut nullo pacto, seu clausula, vel conditione possit quisquam seipsum impedire vel per alium impediri a revocando, vel mutando testamento: ut enim dicitur in §. Si quis ff. de legat. 2. nemo sibi eam dicere legem potest, ut a priori testamento recedere non liceat, et ratio redditur in l. Quod si ff. de adimendis et transferendis legatis, per ea verba: ambulatoria est voluntas testatoris usque ad supremum vitae exitum.

IX. Nec juvat opponere adjectum juramentum de non revocando testamento, siquidem juramentum non aufert libertatem ad valide testandum, quam jus gentium et civile concedit, sed solum facit, ut testator, (quemadmodum mox demonstrabimus) illicite agat, sitque perjurus, si postea suo juramento contraveniat: pari nempe modo, quo si quis juravit, se alteri non venditurum equum, et postea vendat, vel juravit, se Bertam ducturum in uxorem, et postea ducat Cajam, in utroque enim casu valide quidem, sed illicite agitur; sicut etiam ipsum

contingit

contingit in pluribus aliis casibus; et ideo solemus dicere, quod multa illicite fiant, quae tamen facta tenent.

X. Quod autem Titius revera illicite egit, revocando testamentum, constat ex illa generali regula, quam tradunt omnes Canonistae, videlicet omne juramentum, nec vi, nec dolo praestitum debere servari si non vergit in aeternae salutis dispendium, nec redundat in praejudicium boni publici, aut alicujus tertii; prout desumitur ex cap. quamvis pactum, de pactis in 6.º, et ex cap. cum contingat ff. de jurejurando: cum enim juramentum principaliter dirigatur in Deum, subintrat illa naturalis ratio. Matth. cap. 5. explicita illis verbis: Non pejerabis: reddes autem Domino juramenta tua.

XI. Cum igitur non revocare testamentum non sit de se illicitum, nihilque mali in se contineat, neque enim continet in se ullum peccatum, aut vergit in dispendium salutis aeternae; hoc ipso, quod Titius libere juramentum adhibuit de non revocando suo testamento condito in favorem Caii, illud observare tenetur, et per consequens illicite egit, et perjurium commisit idem testamentum revocando, quamvis posterius condiderit ad pias causas.

XII Nec obstat si dicatur, juramentum contra bonos mores esse invalidum, ac nullius obligationis; ut enim ait Regula 58. juris in 6.º non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum; cum igitur juramentum a Titio praestitum de non revocando testamentum adversetur legibus Civilibus, quae nolunt posse impediri libertatem revocandi testamentum; ideo illud non subsistet, nec ullam producet obligationem, velut contrarium bonis moribus, seu ipsis legibus civilibus. XIII. Nam

XIII Nam verum quidem est, juramentum, quod est contra leges civiles, quae obligant sub peccato, esse contra bonos mores, et per consequens non obligare. non tamen est contra bonos mores illud juramentum, quod est contra leges civiles, quae sub nullo peccato obligant sed vel sunt permissivae, vel principaliter respiciunt bonum, et favorem privatorum, cui si volunt renunciare non prohibentur: neque enim cogitur quis sub peccato ad fruendum favore pro se introducto: sicut et invito beneficium non datur, ut habetur l. invito ff. de regulis juris.

XIV Cum igitur Titius, jurando se non revocaturum testamentum, non juraverit contra ullam legem civilem obligantem sub peccato; sed tantum se sub juramento obstrinxerit ad non fruendum libertate, quam tribuunt, seu permittunt leges civiles de revocando testamento: profecto ejusmodi juramentum est observandum, ideoque Titius ei contraveniendo illicite egit, et commisit perjurium.

XV Nec etiam obstat, si dicatur, accessorium naturam sequi principalis, juxta Regul. 46. jur. in 6°; igitur si prius testamentum Titii ex natura sua non erat irrevocabile, sed poterat pro libito revocari, neque juramentum ei adjectum, velut accessorium ipsius, potuit producere vim obligandi Titium ad non revocandum idem testamentum: et per consequens tam valide, quam licite potuit revocare, et reapse revocavit idem testamentum.

XVI Non, inquam, obstat ita opponere, quia regula illa juris in 6. Accessorium naturam sequi congruit principalis: inter alias limitationes procedit, quando in accessorio reperitur specialis ratio, quae non reperitur in principali, cui adjicitur, et propter quam ipsummet accessorium, etiam corruente principali meretur sustineri: ejusmodi autem ratio reperitur in juramento

mento, quod ob reverentiam Divini Nominis, ne videlicet testimonium æternæ veritatis in falsum adducatur, est omnino servandum, dummodo promissio cui est adjectum, servari possit sine peccato, sine dispendio salutis æternæ, et sine præjudicio boni publici, vel alicujus tertii.

XVII. Nunc autem transeundo ad puellas, quæ ingressæ fuerunt religionem, difficilius videtur posse probari, ad eas pertinere legatum, utpote quod non aliter appareat ejus fuisse relictum, quam quatenus verum matrimonium contraherent. Et revera, si aliquod legatum indeterminate relinquatur pro puellis maritandis, Doctores fere communiter docent, illud nequaquam posse consequi puellas ingredientes religionem, quia conditio matrimonii debet in forma specifica adimpleri, religio vero solum fictione juris vocatur matrimonium.

XVIII Nihilo tamen minus, cum Titius testator non reliquerit legatum octingentorum Ducatorum indeterminate pro puellis maritandis, sed pro puellis maritandis suis consanguineis, easque, quod plus est, et numero determinaverit, et nomine expresserit, profecto duæ illæ quæ religionem fuerunt ingressæ, jure consequentur legatum ipsis respective relictum.

XIX Quamvis enim conditio, si nupserit, sit valida, tamen habetur pro non adjecta, si sub ea alicui certæ personæ legatum fuerit relictum, quæ religionem ingrediatur, sic docet Covarruvias lib. 1. variarum resolut. cap. 1[illegible]. a n. 7. usque ad num: 11. et ita docent fere omnes utriusque juris interpretes, argum. Authentica Nisi rogati Cod. ad Sen. Consul. Trebell. et Novella 123. cap. si quis sub conditione, ubi expresse ita statuitur = Sancimus, si persona donationis conditio-

nibus

nibus subjecta, sive masculi, sive foemina, monasteria
ingrediantur, tales conditiones invalidas, et pro non
scriptis esse =

XX Potissimum autem hujus decisionis fundamentum est
sola praesumptio a jure facta voluntatis testatoris
qui creditur in legato relicto determinatae personae
in matrimonium collocandae, id solum spectasse,
quod tali personae proficuum est, et illa, eamque
per hoc in statum decentem collocare voluisse;
cum igitur puellae de quibus loquitur noster
casus, per ingressum religionis statum decentem,
et maxime utilem elegerint et assumpserint;
ideo ex prudenter, et rationabiliter praesumpta
Titii testatoris voluntate legatum consequentur;
immo legatum ipsum consequerentur, etsi non fuissent
expresse nominatae in testamento, sed in eo scriptum
tantum fuisset pro puellis consanguineis indetermi-
natae; adhuc enim propter consanguinitatem
et affectionem Titii testatoris, ejusmodi legatum
reciperet latam interpretationem, ~~[illegible]~~
arg. l. Aurelius §. Titius testament. fin. ff. de libert.
legata.

XXI Quo facilior visa fuit probatio nostrae decisionis
circa validam, sed illicitam revocationem testa-
menti a Titio factam, quam circa legatum puellis
religionem ingressis debitum; eo difficilior vide-
tur esse probatio facienda circa legatum, quod
diximus pertinere ad maximum egressum et
Novitiatu Religionis, quam fuerat ingressus pro
adimplenda conditione, sub qua legatum ipsum
fuerat a Titio testatore relictum.

XXII Neque enim conditio illa = si religionem ingrediatur
habetur pro non adiecta, sicut pro non adiecta
habetur

habetur conditio = si nupserint = quæ in substantia aequiparatur et in effectu reputatur esse expressa respectu puellarum, quæ religionem fuerunt ingressæ: quinimo debet valere, et servanda est, alias legatum sub ea relictum videtur esse dimittendum, ut docet 26.
Covarr. lib. 1 variar. resol. cap. 19. n. 10. cum pluribus aliis, argum. cap. 2 et de conditionibus appositis, et §. Titio §. 1. ff. de conditionibus, et demonstrationibus.

XXIII Et ratio est, quia heres sub spe lucri temporalis aliquem ad religionem invitare, arg. in c. cap. de condit. appos.
Nec obstat, quod conditio = si non nupserit = respectu personæ cælibis habeatur pro non adjecta, veluti contraria favori matrimonij, et commodo Reipublicæ bono, ex prolis procreatione provenienti, ut habes §. sed si hoc, cum duabus sequentibus ff. de condit. et demonstrat.; conditio autem = si religionem ingrediatur = tacite involvat dictam conditionem = si non nupserit =

XXIV Nam receptum quam pretermendum est, quod jura per annullationem conditionis non nubendi, annullant etiam voluerint conditionem ingrediendi religionem, utpote cui in omnibus summopere favent, adeo ut alicui haredi, vel legatario sub conditione, si liberos acquirat, instituto hæreditatem, vel legatum religionem ingrediens seu potius ipsi Monasterio relinquat, etsi ita ingrediens liberi non nascantur, ut colligitur ex Tiraquell. Nobilitat. Cor. ad L. C. Trebell. et ex cap. in præsentia de probationibus.

XXV Igitur conditio = si religionem ingrediatur = sub qua Mævio relictum est a Titio legatum quingentorum Ducatorum debet adimpleri; quamvis enim religio suo statu excludat nuptias; Titius tamen per appositionem suam conditionem eas per se, ac directe non intendit

excludere

excluderet; sed per se solum intendit invitare ad statum religionis perfectissimum, quamvis per accidens, et indirecte impediantur nuptiae; id autem non obstat quia textus juris reprobantes conditionem a nuptiis retrahentem, loquuntur de retractione per se, et directa, ut constat ex l. cum tale, et ex l. Titia ff. de condit. et demonstrat.

XXVI. Quomodo ergo Marius exeundo a Novitiatu implevit conditionem = si religionem ingrediatur =? quomodo legatum sub hac conditione relictum poterit consequi, quandoquidem conditio ipsa, ut jam diximus non potest haberi pro non adjecta; sed valet, et servanda est a legatario, si legatum consequi intendat.

XXVII. Quapropter graves Doctores cum Alexandro, Imola, et Socino in l. si quis haeredem Cod. de instit. et substit. negant legatarium satisfacere conditioni = si religionem ingrediatur = exeundo ex Novitiatu, quia testatoris intentio videtur esse, ut legatarius statum Religionis assumat firmiter, et perseveranter, verus fiat religiosus; alias non disponeret sub conditione absoluta ingrediendi religionem, sed sub conditione illam probandi; maxime cum probatio religionis subsequuta dimissione, nihil delectat testatoris intentioni.

XXVIII. Profecto negari non potest, praefatam opinionem esse probabilem, quia gravi innititur fundamento: et tamen non obstante, longe probabiliorem judicamus esse sententiam aliorum Doctorum, qui docent, legatarium satisfacere conditioni = si religionem ingrediatur = ipsoque legatum retinere, si bona fide, et animo perseverandi sit ingressus Religionem, et postmodum retrogrediatur, eo quod vel ipse Religioni, vel Religio

Religio ei non placeat.

XXVIII. Cum igitur supponamus, nostrum Maevium vere bona fide, et animo perseverandi in religione religionem ipsam fuisse ingressum, nec alia de causa ex Noviciatu fuisse egressum, quam quia vel ipse Religioni, vel Religio ei non placuit: ideo dictionem a nobis jam prolatam ratificamus dicendo, et judicando, eundem Maevium posse legatum percipere, et perceptum retinere. 26

XXIX. Nam testator Titius etsi potuisset habere intentionem, ut Maevius legatarius in Religione assumpta perseveraret, id tamen in testamento non expressit; expressisset autem, si absolute adstringere voluisset legatarium Maevium ad perseverantiam, nec usus fuisset verbis universalibus, et communibus ingrediendi Religionem; sed usus fuisset specialibus, indicantibus perseverantiam, quae juxta communem sensum distinguitur ab ingressu, Cap. qui post votum, De Regular. in 6°; adeoque ipse testator censendus est non absolute intendisse perseverantiam, sed solum conditionale, si nempe Maevius legatarius Religioni placeat, et religio vicissim placeat eidem Maevio, sicque fuisse contentum assumptione habitus Religiosi, quia per habitus religiosi assumptionem ingreditur Religionem, et fit religiosus juxta communem loquendi modum, qui in legibus, et dispositionibus ultimarum voluntatum spectandus est, ut adeo jam impleta censeatur adjecta conditio, et legatarius sic consequatur legatum, ad cujus consecutionem requiritur et sufficit, ut conditio alternative aliquando, seu aliquo temporis momento impleta sit arg. §. Siquis habentem Cod. de ~~Instit~~ Instit. et Substit.

XXX. Praeterea

XXX Praeterea, ex Doctrina S. Thomae 2.2. quaest. ult. art. 4 satisfit voto ingrediendi religionem, si vovens ingrediatur religionem animo perseverandi; quantumvis postea ex rationabili causa ad saeculum redeat. Qui nisi aliud intellexerit, censetur talem religionis ingressum vovisse, qualis à jure est praescriptus; à jure autem praescriptus est ingressus cum libertate regressus, si religio displiceat.

XXXI. Similiter igitur conditio de religionis ingressu adjecta à testatore, intelligenda est de ingressu prout à jure praescribitur, scilicet cum libertate regressus si Religio displiceat; quia non est praesumendum testatorem disponere voluisse contra juris ordinem, nisi aliunde constet, nec verba in aliqua strictiori significatione sumpsisse, quam à jure communi sumuntur, et communi loquendi modo.

I. Priusquam mentem nostram aperiamus circa modum, quo Confessarius se gerere debeat cum Sempronio in circumstantiis alterius ex propositis casibus advertimus, certum esse ad omne peccatum praerequiri aliquam advertentiam ad legem Dei, et ad malitiam objecti: sic enim docent omnes SS. Patres, omnesque Doctores Catholici, et specialiter

II S. Augustinus lib. 22 contra Faustum Manichaeum cap. 44. loquens de incestu commisso in ebrietate à Loth, sic ait = quapropter culpandus est quidem non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas = S. Thomas 2.2. quaest. 89. art. ita docet = ille, qui ex lapsu linguae falsum jurat siquidem advertat se jurare, et falsum esse, quod jurat, non excusatur à mortali, sicut nec a Dei contemptu

contemptu: si autem hoc non advertat, non videtur habere intentionem jurandi, et ideo a crimine perju= 26.
rij excusatur =

III Ad peccatum mortale autem non solum praerequiritur aliqua quaecunque advertentia, sed ea debet esse plena, et perfecta. Sic enim pariter omnes Doctores docent cum S. Th., qui 1.2. quaest. 88. art. 2. in ⊙ ita loquitur = Ex parte agentis contingit, quod aliquod peccatum, quod ex suo genere est mortale, sit veniale, propter hoc scilicet, quod actus est imperfectus, idest non deliberatus ratione; certum autem est S. Tho=mam per deliberationem rationis intelligere plenam et perfectam advertentiam, uti patet ex quaest. 13. art. 3. ad 3. in ⊙; et ideo de veritate quaest. 15. art. 4. ad 10. se explicat his verbis = non percipit homo totaliter.

IV Et ratio est, quia sicut si gravitas malitiae objectivae nullo modo sit cognita, etiam nullo modo est volita, cum nihil sit volitum nisi cognitum; ita si non sit plene cognita, etiam non est plene volita, quia volitio sequi=tur modum cognitionis: igitur nec potest in actum refundere malitiam ~~[illegible]~~ gravem; siquidem nec Deus ipse potest facere, ut notabilis defectus advertentiae non minuat notabiliter libertatem, ideoque et mali=tiam; igitur nec potest facere, nec potest velle, ut peccatum, quod, commissum cum plena advertentia, esset mortale, commissum cum semiplena, et cum imperfecta advertentia, non sit veniale.

V Et sane si in negotiis et contractibus magni momenti inter homines requiritur plena advertentia ad obligationes, et onera ex eis sequentia; alioquin si homo non plene cognoverit, non censetur eisdem subiacere; multo magis in negotio salutis animae, ubi agitur de perdenda
vel

vel retinenda Dei amicitia, de incurrendis, vel declinandis poenis aeternis, requiritur plena et perfecta advertentia, unde adsit plena libertas, et plenus consensus ad peccandum.

VI Caeterum ad peccatum, etiam mortale, non requiritur plena advertentia reflexa, idest, non requiritur, ut quis advertat se advertere; sed sufficit cognitio, et advertentia directa, qua reipsa quis cognoscat malitiam et postea eam velit. Sicut neque requiritur cognitio malitiae formalis ipsius actus, sed sufficit cognitio malitiae objectivae, quam quis vult: haec autem malitia objectiva bene sufficienter cognoscitur esse quando advertitur esse inductiva odii, vel inimicitiae Dei, aut poenae aeternae: item quando operans quam horret, et apprehendit, ad eum modum, quo solet apprehendere alias materias graves, dum se ad eas reflectit.

VII Hinc pariter advertimus motus primo primos, qui nempe praeveniunt omnem advertentiam, et libertatem, nullo modo esse peccatum: ejusmodi autem motus esse qui subito, incogitanter obveniunt homini, v.g. dum iracundus videt hostem, item lascivus videt mulierem: motus secundo primos vero, qui nempe praeveniunt plenam, et perfectam deliberationem, non posse esse, nisi peccatum veniale: illos demum motus secundo secundos seu absolute secundos, qui fiunt cum plena advertentia, et deliberatione, esse peccatum mortale vel veniale, prout est objectum. Caeterum, ut recte notat S. Th. 1.2. q. 88. art. 6. ad 2 in nobis ad deliberationem perfectam requiri aliquod tempus, quamvis postmodum consensus fieri possit in unico instanti.

VIII Praesupposita, nunc, principiorum cognitione, quam quilibet confessarius habere debet, mentem nostram aperiendo, caeterum confessarium sic cum Sempronio poenitente se gerere debere, ut inprimis eum interroget, an falso juraverit et

blasphemaverit in tali subito irae motu, qui omnem ratio-
nis advertentiam in ipso praevenerit, nec ne. Si ex respon-
sionibus noverit revera fuisse irae motum praevenientem
omnem rationis advertentiam, judicare debet nec venia- 26.
liter peccasse: si vero noverit praecessisse rationis adver-
tentiam, tunc ita debet interrogare, ut scire possit
an plena vel tantum semiplena advertentia praecesserit.
Si noverit fuisse tantum semiplenam, debet judicare
eum duntaxat venialiter peccasse, ita falso jurando,
et blasphemando; monendus tamen erit ad omnimode
vitandam occasionem ejusmodi irae.

IX Si autem noverit falso jurasse, et blasphemasse in ira quidem,
non sufficienti tamen advertentia, et deliberatione ad
peccatum grave, mox inquirere debet in qualitatem et
numerum ejusmodi perjuriorum, et blasphemiarum: prae-
sertim autem circa blasphemias, si Sempronius non esset
doctus, sed rudis, oporteret interrogare, an revera blasphe-
maverit vel tantum maledictiones, et imprecationes, quas cum
blasphemiis confundunt rudes, effuderit.

X Pariter, si esset rudis, oporteret interrogare, an cum juravit,
juraverit cum actuali opinione de falso. Nam saepe contin-
git, quod homines rudes credant se pejerasse, quia tracto
temporis experiuntur, rem juratam aliter se habere; quam-
vis tempore juramenti optima fide crediderint eandem rem
esse veram: sic autem falluntur, quemadmodum etiam
falluntur, quando e contra existimant se falsum non jurasse
ex eo, quia postea vident rem esse veram, quam tamen
falsam putabant in ipso actu jurandi.

XI Quod vero attinet consuetudinem falso jurandi, et blasphe-
mandi, nec non facta juramenta, et blasphemias quas praete-
rea saepe inadvertenter commisisse se accusat ipse Sempronius,
debet confessarius interrogare, an consuetudinem illam
per dolorem, et propositum retractaverit, et retractet? Si
responderit negative, ei tamquam indisposito, nisi mox se
disponat, erit deneganda absolutio: si vero responderit affirma-
tive, debet judicare falsa illa juramenta, et blasphemias,
quatenus revera inadvertenter contigerint, non esse
peccaminosa; quia Sempronio non fuerant voluntaria

nec in se

nec in se, nec etiam in causa; si vero ejusmodi prava consuetudo per dolorem et propositum non fuisset retractata, quando facta illa juramenta, et blasphemiae contingerent, forent graviter peccaminosa, non quidem in se, bene tamen in causa, seu in prava illa voluntate non removendi consuetudinem, ad eum nempe modum quo alicui homicidium in ebrietate patratum imputatur quia advertens se patraturum homicidium in ebrietate nihilominus se inebriavit.

XII. Et in tali casu Confessarius debet inquirere, tam in qualitatem, quam in quantitatem falsorum juramentorum, et blasphemiarum. In casu autem, quo Sempronius jam fuisset monitus deponere illam pravam consuetudinem, atque id efficere non satageret, valet quidem Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 7. ejusmodi poenitentem dimittendi sine absolutione eam ad tempus [illegible] vitium dicendo: id tamen non ex necessitate, sed ex consilio est observandum: quia actualiter disposito absolutio non est ~~[illegible]~~ neganda, nec differenda, quando peccata non pendent ex occasione extrinseca quae omnino amoveri debeat, ut accidit in casu concubinarii; sed tantum pendent ex intrinseca fragilitate relabentis. Quum igitur Auctores docent non esse absolvendum eum, qui ex consuetudine relabitur, intelligendi sunt si relabatur advertenter, alioquin enim non peccat per relapsus.

XIII Quamvis autem Sempronius dixerit, se inadvertenter falso juravisse, et blasphemasse, ei tamen non est facile credendum; sed ei opportune erunt faciendae interrogationes pro eruenda veritate; Raro enim falsa juramenta et blasphemiae proferuntur sine ulla advertentia, malitia; communiter siquidem adest saltem virtualis, sive tenuis, et quasi imperceptibilis aliqua advertentia, quae sicut sufficit ad actu bene operandum, ita etiam ad actu peccandum.

XXXIX

Pro Congregatione diei 5 May 1746

Casus I

Lucius, qui sepulturam majorum non habet, nec aliquam sibi specialiter elegit, mortuus est in Parochia S. Pauli, ubi vicennio tanquam laicus habuit continuum domicilium, et biennio tanquam Clericus, postquam habuit Simplex Beneficium in Ecclesia Parochiali S. Iacobi cum onere servitij personalis. Unde oritur

Dubium, quis Parochorum jus habeat sepulturae?

Casus II.

Cajus, qui cum sua familia consueverat habitare in Villa per mediam anni partem circiter, et per aliam mediam circiter in Civitate, correptus febri maligna, obijt in Villa, et sepultus est in Ecclesia parochiali ejusdem loci; cum autem ejus uxor redijsset ad Civitatem ipsa quoque obijt paulo post, et sepulta est in Ecclesia Regularium, in qua sibi elegerat sepulturam. Unde oritur

Dubium, quae funerum emolumenta sint debita Parocho Villae, et quae Parocho Civitatis?

I. Nihil certius, nihil frequentius est morte, ad quam consequitur sepultura, circa cujus jura, et affectus, vix non quotidianae sunt, quae insurgunt, praetensiones, et contentiones, et quidem non raro inter Dei, et Ecclesiae ministros, inter ipsosmet animarum Curatos, quorum est evan

geli

gelizare pacem, et quibus à Domino non aliud magis enixe commendatur, quam ut pacem, et unitatem [illegible] gant, et in Domo ejus, idest, Ecclesia, cum consensu debeant ambulare.

II. Quare non inutile fore credidimus, si utrumque casum in hodierna Congregatione decidendum, in puncto sepulturæ proponeremus, cum hac ipsa occasione incidat esse habendam reflexionem ad eas Sacrorum Canonum dispositiones, ex quibus multiplex ejusmodi controversiarum resolutio debeat dependere.

III. Et equidem jam præliminariter ad decisionem prioris ex propositis duplici facti specie, nobis sese objicit regula illa generalis, quod omnes, et soli Fideles baptizati in loco sacro sepeliri possint, ac debeant, nisi à jure prohibeantur. Nam in Can. Qui divina cau. 13 quæst. 2. sic legimus: Christianorum per omnem modum humari oportet corpora defunctorum, et concordat Cap. Ecclesiam, de Consecr. dist. 1. cum alijs.

IV. Plures autem sunt, qui à jure prohibentur sepeliri in loco sacro; videlicet imprimis omnes Christi infideles, ut Pagani, Judæi, Turcæ, et universaliter quicumque non sunt baptizati, quamvis etiam essent catechumeni. Heretici quoque, eorumque receptores, defensores, et fautores: qui per annum integrum confiteri, et tempore Paschali communicare sine justa causa omittunt. qui in duello occumbunt, etsi pœnitentes moriantur. qui sunt usurarij manifesti, nisi eos pœniteat, et præstent cautionem de faciendâ restitutione: Religiosi qui in eorum obitu inventi sunt proprietarij, et absque pœnitentia obierint: manifesti raptores, et violatores Ecclesiarum, sine pœnitentia decedentes: qui ex impatientia, ira, tædio vitæ, desperatione, vel

alia simili causa seipsos occiderunt, et universaliter omnes notorii peccatores in peccato mortali morientes absque ullo signo poenitentiae: ac demum omnes notorie excommunicati, etsi tanquam publice denunciati non sint vitandi. 26.
Sacros Canones, in quibus expresse continentur praefatae prohibitiones, brevitatis causa omittimus allegare.

V Respectu omnium, et singulorum, qui, ut diximus, prohibentur sepeliri in loco sacro, frustra quaeritur de jure sepulturae, cujus sunt incapaces: cum igitur nos proposuimus dubium, quid Parochorum jus habeat sepeliendi defunctum speciei Clericum, necessario debuimus supponere eum non esse de iis, qui jure aliquo ecclesiastica sepultura privantur. Igitur idem Clericus revera potest, ac debet sepeliri in loco sacro, quamvis majorum sepulturam non habeat, nec aliquam sepulturam sibi specialiter elegerit ut in ipsa facti specie exprimitur.

VI Si vero dictus Clericus sepulturam sibi specialiter elegisset dubitari non posset, quod in ea foret sepeliendus; est enim regula generalis, pariter ex Sacris Canonibus deprompta, unumquemque liberam habere facultatem sepulturam eligendi, in qua debeat sepeliri; dummodo non eligat locum profanum, sed religiosum, et sepulturae electio per jura non sit prohibita, prout prohibita est impoenitentibus Cap. 4. De Sepulturis in 6°, et Religiosis subditis professis cap. fin. eod. tit. in 6°; quia nempe Religiosi velle, et nolle non habent.

VII Quae quidem regula adeo procedit, ut etiam uxori competat haec facultas per textum expressum cap. De Uxore 7 de sepulturis, ubi legimus, quod nulla super hoc inter virum, et mulierem sit facienda distinctio,

et similiter

et additur ratio, cum electio ista ad eam potius statum pertineat, in quo mulier solvitur a lege viri. Ejusmodi facultas competit quoque filiofamilias, qui, etsi pro anima sua nullam circa temporalia, non attenta, vel quasi, facere possit dispositionem ultimam; tamen absque Patris consensu sibi potest libere eligere sepulturam, ut disponitur in Cap. Licet. De Sepulturis in 6°: et ratio est, quia quoad jura spiritualia, quale est etiam jus sepulturae Can. in cau. 13 quaest. 2 filiusfamilias patriae potestati subjectus non est.

VIII. Pariter dubitari non posset, quod Lucius Clericus, nullâ per ipsum factâ sepulturae electione, sepeliri deberet in sepulchro Majorum suorum, si quod haberet. Est enim quoque regula generalis sacris Canonibus expressa, quod, si quis sepulturam sibi non elegit, sepeliri debeat in sepulchro Majorum suorum. Siquidem in eodem ipso Cap. Nos instituta 8 de sepultur. in quo Leo III. ita decrevit = Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam, etiam alienam. Dominus enim Magister elegit alienam et propriam = etiam sic = Statuimus, unumquemque in Majorum suorum sepulchro jacere, ut Patriarcharum exitus docet =

IX Cum hac Canonica dispositione concordat ea Cap. 2, et Cap. 3. de sepulturis in 6° ubi sic legimus Is, qui, non electa sepultura, decedit, in ea, in qua Majorum ipsius ab antiquo sepultura existit, sepeliri debebit, dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari. Nomine Majorum autem veniunt Pater, Avus, Proavus, caeterique ascendentes in linea recta, ut explicat L. 10. ff. de gradibus, et affinibus, et nominibus eorum. Uxor etiam cum viro, fratres, et sorores cum fratribus, et sororibus sepeliendi sunt, ut habetur Can. Ebron, et Can. Unaquaeque Cau. 13 quaest. 2

Sira

X Si tamen abavus, proavus, et avus in uno, pater vero in alio, specialiter sibi electo sepulchro jaceret, filius sepeliri non deberet in sepulchro patris, sed in sepulchro Majorum; nisi pater pro se, et posteris suis, aliam sepulturam expresse elegisset; hoc enim casu filius utique in sepultura patris sepeliri deberet, quia, si filius, et posteri aliam sepulturam non eligant, in patris electionem consentire, sicque sibi ipsis sepulturam tacite elegisse censentur arg. can. 3. §. Item in novo, cau. 13. quaest. 2.

XI Quod si abavus, et proavus in uno, avus vero, et pater in alio quiescant sepulchro, filius sepeliendus erit cum patre et avo, ut cum pluribus ostendit Barbosa de Off. et potest. Parochi cap. 26. n. 32., hanc reddens rationem, quia, nempe unio sepulturae procedit ex quadam charitate, et mutua dilectione quae fuit inter vivos: major autem [illegible] charitas, seu dilectio praesumitur fuisse erga propinquiores Majores, Patrem scilicet, et avum; igitur cum his sepeliendus est; praesertim cum hoc aeque satisfiat juris textibus, ac si in sepulchro remotiorum Majorum sepeliretur.

XII Circa sepulturam Religiosorum, eorumque Novitiorum, et famulorum ac domesticorum, inter Parochos, et Monasteria nec potest, nec solet oriri ulla controversia, cum Privilegia idcirco a Summis Pontificibus concessa Regularibus, adeo sint clara ut nullum relinquant dubitandi locum, ejusmodi omnes in Monasteriorum sepulturis esse sepeliendos: idque comprobatur etiam consuetudine universaliter recepta, quae vel sola potuisset quilibet legi contrariae derogare, arg. cap. fin. de consuetudine.

XIII Quod demum attinet peregrinos, advenas, viatores, et hospites, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, si eorum cadavera nequeant commode portari ad ~~[illegible]~~ sepulchra majorum, si

qua

quia habent, nec ad Parochiam eorum paterni, et ordinarij domicilij, sepelienda sunt in Parochia loci, ubi mors secuta est, argum. cap. 1. et cap. 3. de sepulturis in 6. ubi leguntur sequentia = Is, qui habet domicilium in Civitate, vel Castro, quando ad villam ruralem se transfert recreationis causa, vel ut ruralia exerceat in eadem, si non electa sepultura, decedat ibidem, non in Ecclesia dictae Villae, sed in sua Parochiali, vel in ea potius, in qua majorum ipsius ab antiquo sepultura extitit, sepeliri debet, dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari =

XIV. Quod multo magis procedere debet respectu eorum, qui alibi [illegible] domicilium contraxerunt, ut sunt famuli conducti, et studiosi; hujusmodi enim ratione quasi domicilij recepte acquirunt Parochiam adeo, ut non tantum Sacramentum Eucharistiae, Poenitentiae, et Extremae unctionis percipere valeant, sed etiam Matrimonium contrahere; igitur ibidem quoque poterunt sepeliri; idque exigit calamitas frequentia, et ordinaria distantia a loco proprij domicilij, ac demum comprobat consuetudo passim recepta, quae non tantum in dubijs est optima legum interpres, [illegible] sed etiam, ut jam innuimus, claram legem derogat. cap. fin. de consuetudine.

XV. Tandem sequitur [illegible] moritur in Parochia, in qua habet verum domicilium, et non habet alibi sepulturam majorum, nec sibi alibi elegit sepulturam; aut elegit quidem, sed ad eam commode portari nequit, sive neque ad sepulturam majorum, tunc sepeliendus est in propria Parochia, ubi verum domicilium habuit, sacramenta percepit, et divina audivit: quae regula est ita certa, ut nemo sit, qui ei audeat contradicere

contradicere, vel in dubium revocare, quia innititur
clarae dispositioni contentae in Cap. 1., in Cap. 5., et in
Cap. 10. de sepulturis, nec non in Cap. 1. et 3. eodem 26.
in 6.

XVI Et ratio est, quia, cum signanter operarius mercede sua
menti qui ibidem sepeliri jubetur, ubi in vivis refe-
ctionem spiritualem percepit, ut Parochus nempe,
occasione sepulturae mercedem recipiat ab illo, cui
in vivis operas spirituales exhibuit, et ideo etiam
in citatis juribus praecipitur, ut, si quis in alieno sibi
electo, vel in majorum sepulchro sepeliatur, ob
dictam rationem Parocho proprij domicilij portio
Canonica tribuatur.

XVII Quamvis autem vera, ac certa sint omnes, et singulae
hactenus allegatae regulae, adhuc tamen videtur subsiste-
re dubium a nobis propositum, quis, nempe, Parochorum,
an ille Parochiae S. Pauli, an ille Parochiae S. Jacobi
jus habeat sepulturae respectu defuncti hujus Clerici?
Etsi enim idem Clericus non habeat sepulchrum majorum,
nec sibi aliquod specialiter elegerit, sitque mortuus
in Parochia S. Pauli, in qua per vicennium tanquam
laicus, et per biennium tanquam Clericus habuit conti-
nuum, ac verum domicilium, nihilo tamen minus,
cum in ea mortuus sit tanquam Clericus, postquam per
biennium habuit simplex beneficium in Ecclesia
Parochiali S. Jacobi cum onere servitij personalis,
non immerito videtur adhuc posse dubitari, an
jus ejusmodi sepulturae potius competat Parocho
Ecclesiae S. Jacobi, quam Parocho Ecclesiae S. Pauli.

XVIII Quod dictum jus sepulturae competat Parocho Ecclesiae
S. Pauli, non autem Parocho Ecclesiae S. Jacobi,
videtur judicandum dependenter a praeallegata illa
regula.

regula, quod si quis sepulturam Majorum non habet, nec sibi ipse aliquam elegit, vel si habet, et elegit quidem, sed ad eam commode portari nequit, sepeliendus est in propria Parochia, ubi ordinarium Domicilium habuit, et mortuus est; quae quidem regula non tantum procedit respectu Laicorum, sed etiam respectu Clericorum saecularium; quia, cum jura de Clericis saecularibus nihil statuant speciale, idem de eis dicendum, quod ab ipsis juribus dicitur, et disponitur de sepultura Catholicorum in genere; nam ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut ait L. de Pretio ff. de Publiciana in rem actione; et certe verba generalia sunt generaliter intelligenda, ut in Cap. quia circa de Privilegiis.

XIX Cum igitur quidam Clericus continuum per annos 22 habuerit domicilium in Parochia S. Pauli, ibi fuit, et mortuus est tanquam parochianus, in eadem Parochia esse sepeliendus.

Atque eo magis videtur esse affirmandum, si consideretur, quod idem Clericus integro vicennio receperit Sacramenta, et audiverit divina in ipsa Ecclesia Parochiali S. Pauli; et praeterea Viaticum, atque extremam unctionem receperit a Parocho ejusdem Parochiae S. Pauli; unde apparet esse inferendum dictum quidem Clericum revera fuisse parochianum Parochi S. Pauli atque ad mortem, quia nonnisi proprius Parochus administrat Viaticum, et extremam unctionem, ordinarie loquendo, et per consequens tanquam ibidem parochianum esse sepeliendum in supradicta Ecclesia Parochiali S. Pauli.

XX Immo simile dubium videtur esse resolutum apud Dianam tom. 3 tract. 9 quaest. 26, ubi habetur

qui

quod Clericus in illa Parochia, ubi habitat non ubi servit, sepeliri debeat: igitur Specius Clericus non in Ecclesia S. Jacobi, ubi per biennium servivit, sed in Parochia S. Pauli, ubi continuo habitavit, et mortuus est, videtur esse sepeliendus.

XX Praefatis tamen in contrarium non obstantibus, nos, decidendo propositum dubium, Censemus, non Parochum Parochiae S. Pauli, sed Parochum Parochiae S. Jacobi habere jus sepeliendi Specium Clericum. Nam in Capit. 1. et 2. de sepult. in 5.° statuitur, illos, qui sepulturam sibi non elegerunt, et Majorum sepulturam non habent, sepeliri debere ubi pabulo coelesti refici consueverint, seu ubi officia consueverunt audire Divina, et ecclesiastica recipere sacramenta ut dicitur in cap. 2. eod. tit. in 6.° seu ab eis esse sepeliendos, a quibus receperunt salutis pabula, quae verba leguntur in Cap. 4. eodemmet tit. in 6.°

XXI Clerici beneficiati autem ibi Divina audiunt, et Sacramenta percipiunt, ubi Beneficium habentes, servitium cum residentia personali exhibent, prout certum est: cum igitur Specius Clericus jam per biennium habuerit Beneficium cum onere servitii personalis in Ecclesia Parochiali S. Jacobi; sicut supponendum est, quod in eadem Ecclesia consueverit audire Divina officia, et Sacramenta recipere; ita inferendum est, quod in eademmet Ecclesia, velut Parochianus, sepeliri debeat, quamvis domicilium habitationis continuum habuerit in Parochia S. Pauli, et in ea etiam mortuus fuerit.

XXII Et profecto juxta communem Doctorum sententiam Clerici Beneficiati reapse ibi fiunt parochiani, ubi habeant ejusmodi beneficia servitium personale requirentia, cum alias non ibi, sed alibi, idest in Parochia domicilii, nequeant, Sacramenta percipere, et Divina audire

Statuti

Statutis in jure temporibus deberent, praesertim autem Paschalem communionem recipere tempore Paschali, quae tamen non observatur. Denique Barbosa in Cap. i. de Sepulturis num. 7 Vallensis eod. tit. in 6. Pirhing eod. tit. num. 9, Murga, Bustatus et alii communiter docent, Clericos Beneficiatos tam simplices quam Curatos, qui sepulturam Majorum non habent nec aliquam sibi specialiter elegerint sepeliri debere in Ecclesia, vel Coemeterio illius Parochiae, ubi Beneficium habent, et servitium personale cum residentia exhibent, etiamsi in aliena parochia continuiter et perpetuo habitaverint, ibique mortui fuerint, loquendo de Beneficiatis simplicibus.

XXIII. Praeterea juvat reflectere, quod Parocho jus sepeliendi suos Parochianos à Sacris functionibus attribuatur velut merces laboris spiritualis, quem in Sacramentorum administratione et officiorum Divinorum praestatione in vivis exhibet eisdem suis parochianis argum. cap. i. de Sepulturis, et cap. finali de Parochiis, ubi haec verba leguntur = ab eis temporalia non exigant, quibus spiritualia non ministrant: quia igitur ejusmodi Clericis habentibus beneficium cum onere servitii personalis non Parochus loci in quo habitant, sed Parochus loci, in quo beneficium habent divina administrat: utique rationi congruit ut non Parochus loci habitationis, sed Parochus loci beneficii jus habeat sepeliendi similes Clericos: igitur non Parochus Ecclesiae S. Pauli, ubi [illegible] Clericus habitavit, sed Parochus Ecclesiae S. quo, ubi idem Clericus habuit beneficium, jus habet eum sepeliendi.

XXIV. Quare ad primum dubitandi motivum facile respondetur, dicendo regulam illam, quod si quis sepulturam Majorum non habet nec aliquam sibi specialiter elegit, sepeliri debeat in Parochia propria domicili

cilij, in qua mortuus est, procedere quidem indistincte tam pro Laicis, quam pro Clericis Saecularibus; dummodo tamen isti non habeant aliquod beneficium ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ cum onere servitij personalis in aliqua Parochia, ~~[illegible]~~ sita extra Parochiam ~~[illegible]~~ in qua habitant; tunc enim non hujus, sed illius censentur esse Parochiani. Cum igitur N. ejus Clericus habuerit beneficium servitij personalis in Ecclesia S. Jacobi, ubi divinum obsequium exhibere debuit, et percipere Sacramenta statutis à jure temporibus, ejusdem Ecclesiae factus est parochianus, et desiit esse talis respectu Parochiae S. Pauli, quamvis in ea materiale domicilium, seu habitationem usque ad mortem habere perseveraverit.

XXV. Itaque semper regendum est suppositum, quod Clericus beneficiatus, in aliena Parochia perpetuo habitans, ibidem verum, ac proprium domicilium in sensu juris ad propositum habere dicatur, cum ratione beneficij ~~[illegible]~~ qualitatem parochiani contrahat ibi, ubi ecclesiasticum servitium personale exhibere tenetur; ideoque ibi sepeliri debet.

XXVI. Nec etiam obstat secundum dubitandi motivum, quia in ordine ad sepulturam Sacri Canones non attendunt qualitatem praecedentis parochialitatis passivae, sed eam, in qua quis reperitur tempore mortis; nec etiam attendunt locum, ubi quis in extremis reficitur, sed ubi est verus parochianus, volentes, ut ibi sepeliatur, non obstante, quod viaticum, et extremam Unctionem à Parocho loci, ubi habitat, recipiat, quia haec Sacramenta non recipit, quasi vere dicti Parochi parochianus aliter, sed quia verus Parochus, qui respectu Clerici beneficiati est ille loci, in quo est beneficium, fines alterius Parochiae ubi materialiter habitat ipse Clericus beneficiatus, invito Parocho ejusdem loci nequit intrare,

itaque

ibique viaticum, et extremam unctionem administrare: et idem ut jam diximus, esse dispositum in Cap. 2. de Sepulturis in 6. si quis recreationis causa in Villam extra fines suae parochiae sitam se conferat, ibique moriatur, non ibidem, sed in propria Parochia sepeliri debet, etsi a Parocho Villae Viaticum, et extremam Unctionem receperit.

XXVII Nec demum obstat tertium, et ultimum dubitandi motivum; quia in ea decisione Donat. non est sermo de Clerico beneficium perpetuum habente, sed de Clerico Servitore, seu servitium temporale ad nutum revocabile praestante; ideoque ea decisio potius nobis favet quam adversetur, praesertim quia ibidem fatetur citatus Author, etiam Servitorem Ecclesiae perpetuum sepeliri debere in Ecclesia ubi servit, et non in ea, ubi habitat; igitur multo magis Clericus beneficiatus perpetuus, utpote qui magis est unitus Ecclesiae, quam aliquis servitor, sepeliendus erit in Ecclesia sui beneficii non autem in Ecclesia, ubi materialem habuit habitationem.

I Sic secluso primo dubio ad alterius decisionem progrediamur; sed quaedam prius ducimus esse praenotanda, et primo Bonifacium VIII in cap. 1. de sepulturis in 6. Universis Religiosis et Saecularibus Clericis cuiuscumque status vel conditionis existant, in virtute sanctae obedientiae et sub interminatione maledictionis aeternae districtissime prohibuisse ne aliquos ad vovendum vel jurandum vel fidem interpositam, aut alias promittendum inducant ut apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent, adiecta poena quod contravenientes teneantur cadaver (si jam est sepultum) cum omnibus proventibus intra decem dies restituere sub Interdicto, cui Ecclesiae et coemeteria eorum tamdiu subjaceant donec satisfecerint, nulla ipso jure existente exceptione facta.

II

II Nos tamen in nostra facti specie, sustinemus, Regulares illos, in quorum Ecclesia sepulta fuit uxor Caji, nullum ejusmodi modum illicitum adhibuisse, pro inducenda eadem muliere ad eligendam sepulturam apud ipsos: quod utinam semper observaretur ab omnibus; sic enim non contingerent etiam ea gravia prejudicia, quae Parochi saeculares nonnunquam patiuntur circa emolumenta funeraria. 26.

III Sane non ignoramus, quamplures Summos Pontifices multiplicia et plane insignia considerantes merita Ordinum Regularium qui militantem in terris Ecclesiam fortissimis omni tempore auxerunt praesidiis, innumeris ferme indultis, et privilegiis eosdem Ordines cumulasse, ac inter alia eis illud concessisse, ut Canonicam portionem, seu Quartam funeralium emolumentorum partem pro personis, quae in eorum Ecclesiis sepulturam sibi eligerent, Parochis persolvere minime tenerentur.

IV Verum Summus Pontifex Benedictus XIII in sua Bulla, quae incipit Romanus Pontifex, statuit, et mandavit, ut in futurum Parochis de Italia, eique adjacentibus Insulis defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcunque Regularium tumulabuntur, persolvatur, et cum effectu tradatur Quarta pars omnium intorticiorum, et candelarum, quibus defuncti cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur, nec non omnium intorticiorum, et candelarum, quae in eadem Ecclesia circa cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris accendentur; idque observari voluit quotiescunque defuncti extra suam Parochialem Ecclesiam tumulentur, vel exponantur, sive quia in Ecclesia tumulante, vel exponente, beneficium habuit, sive quia ibidem sepulchrum gentilitium reperitur, sive tandem quia in ea sepulturam elegit.

V Praemissorum notitia, propositum fatium decidere intendentes, censemus, Parocho Villae debitam esse medietatem emolumentorum funeris Caji, et medietatem Quartae partis emolumentorum funeris uxoris ipsius Caji; Parocho Civitatis autem debitam esse alteram medietatem emolumentorum funeris Caji et alteram medietatem Quartae partis emolumentorum funeris uxoris ejusdemmet Caji.

VI. Hanc

VI. Hanc nostram decisionem judicamus esse innixam gravibus, et inconcussis fundamentis. Siquidem innititur Cap. 2. de Sepulturis in 6.to, in quo leguntur haec verba formalia = Cum ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans aequaliter in utroque, in loco tertio eligitur Sepultura, domiciliorum Ecclesiae habeant inter se dividere canonicam portionem = Haec Pontificia Bonifacii VIII. Constitutio tangit in puncto nostrum casum, et quidem in terminis ~~[illegible]~~ specificis quo ad Quartam funeris uxoris Caji, quae tumulata fuit in Sepulturam sibi electam apud Regulares; vigore namque ejusdem Constitutionis media pars dictae Quartae spectare debet ad Parochum domicilii Civitatis, et altera media pars ad Parochum domicilii Villae.

VII. Hinc quoque necessario consequitur, quod inter utrumque dictum Parochum, Ruralem scilicet et Urbanum sit etiam facienda aequalis divisio emolumentorum funeris Caji, qui in Parochia domicilii ruralis fuit sepultus; uterque namque Parochus vere fuit Parochus dicti Caji, qui ~~[illegible]~~ habitavit aequaliter in utroque domicilio quod revera fuit duplex domicilium juxta l. Assumptio §. viris prudentibus ff. ad municipalem, ubi sic legimus. Viris prudentibus placuit, in duobus locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur. Sufficit autem ad hunc effectum, quod habitationis aequalitas sit moralis, et ideo nos usi fuimus illo adverbio circiter.

VIII. Haec ista divisio emolumentorum utriusque funeris aequaliter facienda inter Parochum Ruralem, et Urbanum innititur etiam opinione Glossae, quae in cit. cap. 2. in verbo domicilia vult, eandem aequalem divisionem funeralium esse faciendam, si unum tantum sit

domi-

domicilium, se tamen extendat in duas parochias, si nempe sit constructum ex duabus ædibus, quarum una sit intra limites unius Parochiæ, alia verò intra limites alterius; tunc enim, quia habitantes in illo domicilio censentur subjecti utrique Parochiæ, eorum funeralia veniunt dividenda inter utramque Ecclesiam Parochialem. 26.
Igitur multomagis in nostro casu est facienda æqualis divisio emolumentorum funeralium inter Parochum Ruralem, et Parochum Urbanum juxta opinionem Glossæ quæ in jure tantæ auctoritatis est, ut cæteris Doctoribus sit præferenda, cum apud utrumque æquale, ac verum domicilium habuerint, tam Cajus, quam ejus uxor.

IX Ipsa demum naturalis ratio, et æquitas suadet, et exigit ejusmodi æqualem divisionem; siquidem emolumenta funerum ab Ecclesia permittuntur Parochis in remunerationem laborum, quos subeunt in gerenda cura animarum, in administrandis Sacramentis habitantibus sub eorum Parochia, et in peragendis aliis officiis, quæ spectant ad munus parochiale, ut notat Abbas in Cap. De his num. 5. de Sepulturis, Gonzalez in Cap. cum super n. 6. et 7. eod. tit., et Cardinalis de Luca in tract. De Parochis discurs. 23. num. 7.

X Cum igitur Cajus, ejusque uxor per mediam anni partem habuerint domicilium in Villa, et per alteram mediam partem in Civitate, utrobique fuerint veri Parochiani et ab utroque Parocho æqualiter receperint Sacramenta cum onere dependentia ab utroque; et per consequens sive uterque moriatur, et sepeliatur in Villa, sive uterque, vel alteruter moriatur, et sepeliatur in Civitate, æqualis inter utrumque Parochum debet esse divisio emolumentorum funeralium, ob ipsam naturalem rationem, et æquitatem quæ vult, ut servetur æqualitas in emolumentis, habito respectu ad æqualitatem meriti, et obligationis; ipsa enim

æqua

aequalitas est objectum formale justitiae: et nihil est tam conforme naturali rationi, quam aequalitatem inter homines servare; (gl. in judiciis de jud. in cum praeter cod. de bonis, quae liberis, cum concordantibus.

XI Ideoque hanc doctrinam amplexi sunt omnes Canonistae et Theologi, qui de hujusmodi casu scripserunt: sic enim Joannes Innocent. Abbas Panormitanus Canonistarum Coryphaeus, aliique quamplures; et inter Theologos Bonacina, cujus opinionem laudat Nicolius, eandemque pluribus rationibus confirmat Jacobus Mancinus in Tract. de Quarta funerali dub. 17, ubi inter caeteros casus requirentes divisionem funeralium inter plures Parochos, considerat in particulari illum duplicium domiciliorum, quae defunctus tenebat in duabus Parochiis, et in iisdem pro medietate anni solitus erat respective habitare: et sustinet, quod ubicunque moriatur, sive in uno, sive in altero domicilio, emolumenta funeris inter utrumque Parochum sint aequaliter dividenda.

XII Tandem praedictis omnibus adhaeret etiam Antonellus de Regim. Militan. Ecclesiae lib. 1 cap. 2 num. 39 his verbis: Si quis autem haberet duo domicilia, ea collocans aequaliter in utroque, et in loco tertio eligeret sepulturam, Parochi, in quibus habebat domicilia, inter se dividere deberent canonicam portionem, ut cum gl. de sepulturis in 6.

XIII Ex quibus omnibus est ~~[illegible]~~ concludendum, emolumenta funeralia Caji, ejusque uxoris esse aequaliter dividenda inter Parochum [illegible], et Parochum [illegible]anum, attento duplici domicilio, quod ipsi conjuges habuerunt in utraque Parochia. Et haec quidem procedunt spectato jure communi; aliter vero foret judicandum, si vel particulares locorum Constitutiones, vel particulares conventiones, et statuta diversimode disponerent, quemadmodum in hac ~~[illegible]~~ Civitate observatur circa quartam funerum capitulari dispositioni reservatam in signum ~~[illegible]~~ habitualis Parochialitatis.

Hujus Insignis Ecclesiae Collegiatae ~~[illegible]~~

XXXVIII

Pro Congregatione habenda die 16 Mensis 9bris 1745 26

Casus I.

Titius eidem curru junxit equum sibi a Cajo commodatum, et equum sibi a Sempronio locatum: uterque autem equus perijt, sed duntaxat ob culpam levissimam aurigae ipsius Titij: nihilominus tamen tam Cajus quam Sempronius equorum solutionem petierunt a Titio, qui renuit eam praestare; verum judicialiter idcirco impetitus per sententiam fuit condemnatus ad solvendum pretium utriusque equi. Unde oritur

Dubium, an Titius ante sententiam juste renuerit, et post sententiam debeat in conscientia solvere pretium utriusque equi.

Casus II.

Maevius tradidit Confessario horologium, quod furto abstulerat Lucio, ejusque pixidem auream ab ipso inventam, ut indemniter Lucio restitueret. Sed casu fortuito apud Confessarium perijt tam horologium quam pixis. Unde oritur

Dubium an Maevius teneatur nihilominus ad restitutionem erga Lucium.

I Uterque casus, quem in hodierna Congregatione discutiendum, resolvendumque proponimus, restitutionis seu damni resarcitionis obligationem concernit. Eorum prior tales continet difficultatum circum-

stantias

stantias, ut, priusquam nostram desuper proferamus decisionem, quorundam juris principiorum, et ~~[illegible]~~ doctrinarum, etiam apud cautum Arbitros Theologos, plurimum valentium, commeminisse oporteat.

II Inprimis itaque noverimus, culpam aliter apud Theologos, et aliter apud Jurisprudentes accipi. siquidem apud Theologos culpa idem est ac peccatum, sive mortale sive veniale, et prout consideratur in genere justitiae, continet formalem injuriam contra conscientiam illatam. Apud jurisprudentes autem culpa idem est ac omissio alicujus diligentiae, unde sequitur quodpiam damnum proximo. Hinc igitur illa distinctio culpae in Theologicam et juridicam.

III Culpa juridica, quae dicitur etiam civilis, communiter dividitur in latam, levem, et levissimam. Aliqui eam dividunt etiam in latissimam et latiorem; sed ipsa est potius dolus quam culpa: Dolus autem dicitur omnis calliditas, fallacia, et machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum et damnificandum alterum adhibita, ut habetur in L. 1. §. 2. ff. de dolo malo.

IV. Verum loquendo de culpa juridica proprie tali, culpa lata est omissio ejus diligentiae et circumspectionis, quam passim homines ejusdem conditionis adhibere solent, qualis foret, si quis ex. gr. librum commodatum relinqueret foris ante ostium, qui proinde perditur: et talis culpa licet dolus proprie non sit, tamen in jure aequiparatur dolo.

V. Culpa levis est omissio ejus diligentiae, et circumspectionis, quam solent homines diligentiores illius conditionis et artis adhibere: et talis culpa levis foret,

illius

illius, qui ex casu librum sibi commodatum intra cubiculum relinqueret, ostio tamen aperto: nam homines diligentiores solent claudere januam. 26.

VI Culpa levissima tandem esse censetur omissio ejus diligentiae, quam diligentissimi, et prudentissimi adhibent; qualis culpa foret illius, qui ex casu librum sibi commodatum intra cubiculum relinquens, clausit quidem ostium, sed non tentavit manu, an illud sit bene obseratum.

VII Quamvis autem aliud sit culpa Theologica, et aliud sit culpa Juridica; nihilo tamen minus culpa juridica est etiam quandoque culpa Theologica. Si enim omissio diligentiae a Legibus requisita fuit commissa contra dictamen conscientiae, jam non est culpa mere juridica, sed et theologica simul, quia peccaminosa: Immo saepe contingit, culpam juridicam esse conjunctam cum theologica, quando nempe libere ex malitia, vel ex fragilitate, ignorantia, aut inadvertentia coram Deo culpabili, debita cautela et diligentia omittitur, et jus alienum inde violatur.

VIII. Praesertim vero culpa juridica lata, et plerumque conjuncta est cum culpa theologica vel gravi vel levi: sed culpa juridica levis raro sibi annexam habet culpam theologicam; levissima damnum nunquam, aut fere nunquam.

IX. Novimus itidem dari Leges non tantum civiles, sed etiam canonicas, juxta quas datur obligatio reparandi proximo damnum datum per culpam, etiam ante judicium; praesertim autem id de jure civili constat, tum ex L. Aquilia, tum ex toto Titulo = Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur =, ubi pro damno

culpa

culpa juridica dato varie conceduntur actiones: ac etiam ob culpam juridicam, quae intervenit in contractibus, obligatur quis pro eorum diversitate ad culpam latam, levem, et levissimam non committendam, quam si committeret, manebit obligatus ad compensandum damnum ex tali culpa illatum.

X. Ejusmodi autem leges juxta communem omnium Jurisprudentum, et Theologorum sententiam sunt omnino justae et vim habent obligandi, tam in foro externo, quam etiam in interno: sunt enim innixae justo titulo, et antecedenter ad eventum omnes aequaliter exponunt periculo damni, et spei retentionis: sunt usu receptae; ac demum sunt proportionatae fini, et communi Reipublicae bono, quod postulat, ut acuatur industria, et diligentia hominum in praecavendis damnificationibus proximi, et ut dubia tollantur circa obligationem restituendi, damnaque reparandi, eo quod culpa Theologica, cum [illegible] consistat in animo, difficulter probari possit.

XI Sicut autem magna est contractuum diversitas, ita pro eorum diversitate diversae sunt legum dispositiones circa culpam juridicam. Ex variis utriusque juris textibus, ac Doctoribus passim deducuntur tres regulae, secundum quas facile poterit quilibet dignoscere, ob quam culpam quis teneatur in unoquoque contractu.

XII Prima regula est haec. In contractibus, qui celebrantur gratia unius tantum (prout communiter fit in Deposito) praestatur dolus, et culpa lata tantum, non autem levis, minus levissima; argum. l. si ut certo

certò §. nunc videndum ff. de depositò. At hac tamen regula excipiuntur quidam contractus, nempe Tutela, Mandati, et Negotiorum gestorum, in quibus ob specialem rationem praestatur etiam culpa levis, ut dicitur in l. contractus ff. de R. J. 26.

XIII. Secunda Regula vult, ut si contractus fiat gratia recipientis tantum (: prout regulariter fit in commodato :) tunc praestetur non solum dolus, et culpa lata, nec non culpa levis, sed etiam culpa levissima, arg. cap. unici §. de commodato. Excipitur tamen Precarium in quo, quia totaliter ex liberalitate concedentis dependet, atque ad libitum ejus quolibet tempore revocari potest, nonnisi dolus, et culpa lata praestatur ob text. clar. in l. Quaesitum §. Cum quoque ff. de Precario.

XIV. Tertia Regula denique statuit, quod si contractus fiat gratia utriusque, tam nempe dantis, quam accipientis (: prout contingit in locato conducto, et in pignore, quod datur gratia creditoris, ut ei fiat assecuratio rei creditae, et gratia debitoris, ut ei sub assecuratione pignoris quidpiam mutuo concedatur :) tunc praestetur dolus, et culpa lata, simulque culpa levis, non autem levissima, arg. l. si ut certo §. interdum ff. de deposito.

XV. Quibus tanquam veris praesuppositis, quid statuendum est pro decisione nostri dubii. Censemus, Titium ante sententiam juste renuisse solvere pretium utriusque equi; post sententiam verò debere in conscientia solvere pretium equi à Cajo sibi commodati non autem pretium equi à Sempronio sibi locati.

XVI. Quod

XVI Quod Titius ante sententiam juste renuerit solvere pretium ~~...~~ equi, a Sempronio sibi locati est certissimum; quia cum contractus locati conductionis redeat in utilitatem dantis, et accipientis, id est locatoris, et conductoris, hic tenetur de culpa lata et levi non autem de levissima: igitur Titius qui commisit duntaxat culpam juridicam levissimam, ad nihil tenetur Sempronio propter ejus equum qui perijt, ideoque omnino juste renuit ipsi solvere pretium ejusdem equi: nullus enim est imaginabilis titulus, ob quem Sempronius juste possit petere a Titio ejusmodi solutionem

XVII Quod autem Titius ante sententiam juste quoque renuerit solvere pretium equi a Cajo sibi commodati existimus ex eo posse probari, quod nec ex jure naturae, nec ex lege positiva, divina, vel humana seu canonica, seu civili, demonstrari possit extare obligationem in conscientia reparandi damnum per culpam mere juridicam datum, sive in, sive extra contractum.

XVIII Non ex jure naturae, quia hujusmodi obligatio, utpote difficillima esset hominibus potius noxia, quam utilis, utpote moraliter vix observabilis; eo quod, spectata humana fragilitate, promissimum sit ex inadvertentia, inconsiderantia, et negligentia, praesertim levissima juridica, per se, vel per suos, alienis rebus damnum inferre: et ex altera parte valde durum et iniquum unicuique accidat alterius damnum, absque omni suo reatu proveniens, propriarum rerum expoliatione spontanee facta resarcire:

igitur

igitur non est credendam, legem hanc a Sapien=
tissimo naturae auctore inditam fuisse: et, si re=
vera indidisset, ea non posset a compluribus viris 26.
sapientibus et probis ignorari minusque negari; ne=
gatur tamen extare hujusmodi lex naturalis a
Molina, Lessio, Sirattello, Laymano, Haunoldo, aliis
quam magna parte auctoribus.

XIX Et revera non potest ulla ratione ostendi radix talis
obligationis: non enim ejusmodi solutio, seu resti=
tutio praestanda est ex re accepta, quia supponitur
damnum fuisse sine lucro damnificantis; adeoque
rem penes eum nullo modo extare: sed neque ex
injusta acceptione aut damnificatione: quia suppo=
nitur, injuriam formalem nullam intervenisse, ubi
enim nulla est culpa theologica, ibi nulla est inju=
ria formalis: adeoque nec injusta acceptio, nec injusta
damnificatio. Neque alius titulus ex jure naturae
ostendi potest, unde ejusmodi solutionis, seu resti=
tutionis obligatio oriatur.

XX Non etiam ex ulla lege positiva humana vel divina
oritur obligatio resarciendi ante judicis sententiam
damnum nostra vel nostrorum culpa mere juridica
datum. Siquidem nulla est allegabilis, nec ulla
extat ejusmodi lex divina: Leges humanae vero,
seu Canonicae seu Civiles non obligant in conscientia
ante sententiam judicis.

XXI Nam, non constat, Legislatores ita voluisse obligare, aut
saltem obligationem hanc non satis declararent.
igitur in dubio benignior interpretatio facienda
est, manetque libertas in possessione: deinde
Leges humanae, inducentes obligationem resarciendi
damnum culpa juridica datum; non sunt receptae

usu

cum tanto rigore, nec in alium deducta ante judicij sententiam, et constat ex communi praxi hominum prudentum, et timoratorum, nec non ex consensu plerorumque Theologorum.

XXII. Demum finis earum Legum, qui est securitas Reipublicae, et indemnitati hominum consulere, eorumque diligentiam acuere in praecavendis, et propediendis proximorum damnificationibus sufficienter obtinetur per obligationem eidem impositam post judicij sententiam. Igitur constat nostrum Titium ante sententiam juste renuisse solvere pretium equi a Cajo sibi commodati, qui periit duntaxat ob ejus culpam juridicam levissimam et sine ulla culpa Theologica adeoque sine ulla vel minima injuria formali.

XXIII. Caeterum quod finis Legum humanarum sufficienter obtineatur post judicij sententiam, seu per hoc, quod detur actio in foro externo ad petendam compensationem damni, et simul detur obligatio in conscientia ad eam praestandam post latam sententiam, videtur esse certum. Sic enim satis excitantur homines ad praecavenda mutua proximorum damna. Igitur dicendum non est eos obligari ante sententiam ob culpam mere juridicam.

XXIV. Ex adductis rationibus itaque satis probatum esse judicamus, Titium ante sententiam juste renuisse
B. solvere pretium utriusque equi: reliquum nunc igitur est, ut probemus etiam, et demonstremus eundem Titium post sententiam debere in conscientia solvere pretium equi a Cajo sibi commodati, non autem pretium equi a Sempronio sibi

sibi locati eadem rectimus praestare sic ratio-
[illegible]

XXV Leges a legitima potestate conditae communiter receptae, 26.
approbatae, justae, ac bono communi proportionatae obli-
gant in conscientia; ejusmodi autem sunt Leges tam
Civiles, quam Canonicae, obligantes actionem commodanti
contra commodatarium damnificantem ex culpa levissima
etiam mere juridica, et imponentes obligationem
compensandi damnum; cum igitur non obligent in
conscientia ante, utique obligabunt saltem post
cognitam a judice culpam, et latam sententiam.

XXVI Alias enim si Leges ipsae non obligarent in conscientia
ad compensandum damnum post sententiam, forent
inutiles, [illegible] fine carerent, nec Respublica, nec
[illegible] satis firma foret, quia secluta
hac obligatione posset quis etiam post latam senten-
tiam damnum [illegible] non compensare, vel si
compelleretur ad damnum resarciendum, posset quaerere
[illegible] occultam compensationem: igitur debuit
talis obligatio imponi saltem post judicis sententiam.
Igitur [illegible] Titius tanquam per sententiam condem-
natus tenetur in conscientia solvere pretium equi
sibi a Sejo commodati, [illegible] ex sua culpa juridica et
levissima [illegible].

XXVII Quod vero ipse (Titius) nequidem post sententiam teneatur
solvere pretium equi, a Sempronio sibi locati,
ratio est, quia ejusmodi sententia est omnino injusta
et nulla velut directe contraria dispositioni legum
a quibus praescriptum quidem est, ut conductor teneatur
de culpa lata, et levi, non autem de levissima;
cum igitur a Titio fuerit duntaxat commissa
culpa juridica levissima, ob quam equus Sempronij
ab

ab ipso conductus perijt, non tenebitur ad ejus solutionem non obstante praefata sententia condemnatoria; quia ea debuit inniti falsae praesumptioni de commissa saltem levi culpa juridica: est autem axioma communiter receptum quod praesumptio cedat veritati; ideoque nec lex nec judicis sententia obligat in foro conscientiae si innitatur falsae praesumptioni: et observatur pro regula, quod quando alicui in foro externo causa adjudicatur solum propter defectum probationis tunc pars litigans si veritatem perspectam habet non tenetur se in conscientia conformare sententiae

XXVIII nisi propter scandalum vitandum.

Quamvis autem sit quidem ita certum, Titium nec ante, nec post sententiam condemnatoriam in conscientia teneri ad solvendum pretium equi a Sempronio sibi locati ut in contrarium rationabiliter dubitari nequeat: attamen non ita certum est, eundem Titium [illegible] post et non etiam ante sententiam teneri in conscientia solvere pretium equi a Cajo sibi commodati ut ex adverso nulla possit fieri prudens, et probabilis oppositio.

XXIX Nam in primis sic potest opponi. Contrahentes suppositis legibus justis, tam in foro externo quam in interno censentur velle contrahere juxta illarum tenorem et modum praescriptum: igitur ex conventionali quadam obligatione vim habente obligandi conscientiam, ante sententiam tenentur de culpa a legibus praescripta, sive levi sive levissima: cum autem leges commodati praescribant, ut commodatarius teneatur de culpa levissima consequens est, quod Titius teneatur in conscientia ante omnem sententiam solvere pretium equi

a Cajo

a Cajo sibi commodat.

XXX Deinde leges non frustra distinguunt inter culpas, earumque diversos statuunt gradus: igitur plus volunt, quam ut praestetur culpa lata quae solet esse conjuncta cum culpa theologica: igitur volunt, ut etiam praestetur culpa levis, et levissima respective nempe ad contractus, de quibus loquuntur, et ut praestetur ante omnem sententiam; alias non esset opus ejusmodi distinctione. 26.

XXXI Denique suppositis praefatis [illegible] supposita celebratione contractuum, unus contrahentium habet jus quaesitum adversus alterum, ut diligentiam per ipsas leges praescriptam adhibeat: igitur, si eam omittat, violat alterius jus, et damnum inde ortum reparare tenetur ante sententiam.

XXXII Verum ad primam ex adductis rationibus respondemus, contrahentes, si aliud non exprimant, non habere animum se obligandi in conscientia ad adhibendam majorem diligentiam, quam adhibent in rebus suis: nec aliter leges civiles [illegible] deducta sunt quam ad praestandam culpam theologicam ante sententiam, post sententiam vero etiam culpam juridicam quae juxta [illegible] ferenda sententia.

XXXIII. Respondendo ad secundam dicimus, ideo leges distinguere inter culpas, ut contrahentes pro diversitate contractuum facilius discernere possint, quantam diligentiam adhibere teneantur, et quaenam culpa in quolibet contractu censeatur esse respective lata, ut possint illam vitare: nec non ut judices scire possint, quaenam culpa respective ad talem contractum sit levis vel levissima, qualenus justam sententiam ferre et reos condemnare possint.

XXXIV. Ad

XXXIV Ad tertiam demum respondemus, contrahentes talem habere jus, ut adhibeatur praescripta diligentia, qua omissa cum culpa theologica sequatur obligatio reparandi damnum in conscientia ante omnem sententiam; si vero autem omittatur cum culpa mere juridica tunc enim obligatio reparandi damnum sequitur duntaxat post sententiam condemnatoriam.

XXXV Tandem si dicatur, quod si leges humanae non obligant ante sententiam, tunc neque obligabunt post sententiam, nam vel debita diligentia, et cautela praescripta omittitur deliberate et cum praevisione damni secuturi, et tunc obligant ante sententiam, ut jam dictum est, vel non ita omittitur, et tunc damnum inde ortum erit damnum datum sine culpa, et potius fortuitum, ad quod reparandum nemo tenetur, casus fortuitus enim non cadit sub humana providentia, et facultate.

XXXVI Si, inquam, ita dicatur, replicandum erit, non esse tamen mere fortuitum hoc ipso, quod culpa etiam mere juridica intercedat; siquidem haec debet esse aliquomodo voluntaria omissio debitae diligentiae, qua praecaveri ac moraliter vitari potuit, quin necesse sit, ut omittatur plane deliberate, et conjuncta cum damni praevisione, alias non esset mere juridica, sed esset theologica.

I. Nunc transeundo ad decisionem posterioris casus, sentemus Severinum teneri ad compensandum Tuccio damnum horologii, non autem pixidis. Quod non teneatur ad compensandum damnum pixidis, ita est certum, ut nemo prudenter possit idcirco dubitare. Est enim communis omnium theologorum sententia

quod

quod si res aliqua in specie est debita vel quia
fuit inventa, vel quia fuit hactenus bona fide
possessa, modo autem sciatur esse aliena, si a deten- 26.
tore commode restitui non potest, ne vero eam incidat
in suspicionem furti, ut respectu Mevij accidere potest,
ea tradi potest Confessario, qui ipsam restituat,
quin ulla alia remaneat obligatio: quod eundem
detentorem, etsi postea Confessarius defraudet, et
non restituat, et multo minus si casu fortuito
apud ipsum res illa pereat.

II. Nam in tali casu prior detentor nec est obligatus ratione
rei acceptae, quia eam amplius non habet et licite
ac prudenter ipsam tradidit Confessario restituendam;
neque ex injusta acceptione, seu latione, cum
supponatur immunis ab omni culpa, et injuria: igitur
quia noster Mevius ex justo inventionis titulo erat
detentor pixidis spectantis ad Caium, suae jam satis
fecit obligationi eam tradendo Confessario, ut ipsam
restitueret Caio: ideoque si casu fortuito periit
apud eundem Confessarium, non Mevio, nec Confessario,
sed Caio tanquam domino periit.

III Quod vero ipse Mevius teneatur ad compensandum Caio
damnum horologij, ratio est, quia quicumque est
obligatus ad restitutionem ex delicto, eo ipso est
etiam obligatus ad compensandum quodvis damnum
quod Domino sequi potest ex eo, etiam ob casum
fortuitum; ideoque si res perit, jam perit periculo
debitoris, non autem creditoris: siquidem intercessit
culpa per quam debitor dedit occasionem damni
Domino obvenientis, quod non fuisset passus, si
res sua furto non fuisset sublata: igitur

quomo-

quomodocunque res pereat, sive ex culpa nova debitoris, sive ex dolo alterius, sive etiam ex casu mere fortuito, debitor ex delicto debet totum damnum resarcire et dominum servare indemnem, ac si res non periisset.

IV. Quamvis igitur noster Maevius potius bene quam male fecerit tradendo horologium Confessario, ut ipsum restitueret Titio, quamvis horologium perierit ex casu mere fortuito apud eundem Confessarium, ideoque sine ulla culpa nova ejusdem Maevii, nihilominus tamen tenebitur ad compensandum Titio damnum, quod per suum furti delictum ad id illi causavit.

V. Nec juvat dicere, rem, si casu mere fortuito perit, suo domino perire, cum igitur horologium Titii sit, non autem Maevii, Titio et non Maevio periit. Nam hic contendit res propria casu fortuito perire tunc quando ejus interitus causa, et occasio fuit injusta ablatio, et res a domino injuste ablata non fuisset ipsi ablata, nam igitur supponitur, quod apud Titium horologium non periisset, si ei non fuisset illud ablatum a Maevio, consequens est utique Maevius teneatur ad compensandum Titio damnum interitus horologii etsi hoc casu vere fortuito perierit apud Confessarium.

VI. Si autem dicatur, quod Maevius ex parte sua fecerit quantum debuit et potuit, cum ipse per seipsum restituere non potuerit horologium Titio, ne se diffamaret, nec alium commodiorem, ac securiorem restituendi modum inveniens, quam illud tradendo Confessario ut restitueret Titio: igitur

satisfecit

satisfecit suae obligationi, ipseque Titius poterat, et debebat esse contentus, ut horologij restitutio sibi fieret per talem personam intermediam. Sed ejusmodi ratiocinium ita est respondendum, Maevium nempe fecisse quidem quod poterat, et debebat pro illo tempore, et circumstantijs, non tamen satis fecisse ad debitum suum effective extinguendum: adeoque id fecisse cum tacita obligatione, quod si restitutio non succederet, teneretur per aliam viam Dominum servare indemnem, et damnum reipsa, ac effective resarcire; unde si ex affectu restituendi ipsum horologium, ipsum custodisset usque ad adventum Titij, et interim incendio periisset, fecisset quidem totum, quod potuisset, et debuisset pro illo tempore intermedio, attamen teneretur adhuc Dominum servare indemnem, ne ex facto praeterito damnum aliquod patiatur.

VII Nec damnum relevat ita ratiocinari: si Titius interrogatus expresse consensisset, ut horologij restitutio sibi fieret per Confessarium, profecto Maevius satisfecisset suae obligationi: atqui etiam in nostra facti specie implicite censetur, ac praesumitur ita consensisse, quia si interrogatus fuisset, an gratius sibi esset carere horologio, vel Confessario tradi, ut sibi restitueretur: dubitari non potest, quin respondisset hoc ultimum sibi fore gratius, atque adeo consensisset, immo rationabiliter consentire debuisset, ut sibi hoc modo fieret restitutio: igitur ex tacita aut praesumpta voluntate Titij restitutio horologij facta esse censetur. Et revera hic modus restituendi per Confessarium frequens est, et a S. Thoma consultus, ubique usu receptus videntibus, et consentientibus Creditoribus: ideoque eum approbare censetur.

VIII. Nec

VIII Nec, inquam, relevat, ita ratiocinari: Nam creditor, seu Dominus fuisset quidem contentus, non tamen absolute, sed conditionate, si, nempe, restitutio effectiva, et reipsa fieret et sequeretur, adeoque retenta fuere sua, ut si horologium quomodocumque ad ipsum non perveniret, absque sua delineato id fieret. aliter enim quam hoc onere sub intellecto, et reservato sibi restituendi, Titius non tenetur contentire, et jus, quod ex delicto habebat renunciare. Aliud autem esset si Titius ipse designasset personam confessarii, cui horologium a Maevio traderetur; tunc enim censeretur Maevius ipsi Titio restituisse horologium, qui virtute suae designationis seu mandati, haberet horologium pro accepto, velut consignatum confessario de ejus mandato, qui ipsius Titii personam gereret et repraesentaret. II 8

XL

Pro Congregatione diei 7 Mensis July 1746.

Casus I

Titius et Berta, sacra Summo Pontifici exposito [illegible] quarti gradus consanguinitatis, quo sibi invicem conjunguntur, obtinuerunt literas [illegible] quae a Delegato fuerunt ad executionem deductae, ideoque matrimonium celebrare intenderunt. Interea tamen ad Parochi notitiam devenit, Titium et Bertam quarto quidem seu [illegible] tertio in supplicatione non expresso, ejusdem [illegible] consanguinitatis gradu esse conjunctos. Unde oritur

Dubium, quid Parochus judicare et agere [illegible] debeat?

Casus II

Caius et Sempronia nobiles, quarto aequali gradu [illegible] consanguinitatis conjuncti, retinita copula affinitatis invicem [illegible] cum scientia inter ipsos secuta, absque tamen [illegible] occulta inter ipsos secuta dispensationis impetrarunt sive facilius obtinendae, [illegible] fuerunt litterae Pontificiae [illegible] mandatae: [illegible] [illegible] etiam executione [illegible] quantocius celebrando matrimonio [illegible] certior secuta [illegible] Parochus [illegible] a Caio [illegible]

Dubium, quomodo ille Parochus se gerere debeat in hujusmodi circumstantijs?

I Dispensationum materia est [illegible] vasta, et ampla, ut vel super ijs tantummodo, quae respiciunt impedimenta matrimonialia, ingentes tractationes [illegible] [illegible] a [illegible] Auctoribus [illegible] a Pyrrho Corrado et a Vincentio de Justis, ut quisque videre potest in eorum magnae molis voluminibus.

II. Constat

II Constat tamen experientiâ, esse multo frequentiorem usu dispensationum quæ implorantur et impetrantur super impedimento consanguinitatis, et affinitatis, [illegible] earum altera prior [illegible] altera posterior [illegible] ex causibus quos pro dilucidiore ac faciliore [illegible] narratione facienda proposuimus.

III Sive autem dispensatio sit petenda super impedimento consanguinitatis, sive super impedimento affinitatis, sive super quocunque alio, certum est ea omnia oportere exprimere in supplicatione quæ [illegible] de stylo Curiæ sunt necessario exprimenda. Adeo ut si aliquid eorum, etiam bona fide et cum ignorantia invincibili, ommitteretur, dispensatio [illegible], et consequenter invalida foret, etsi [illegible] expresso, quod fuit reticitum [illegible]. Et ita docet Sanchez de Matrim. lib. 8. [illegible] n. 17. et [illegible] [illegible] lib. 1 [illegible] n. [illegible] et 18. cum communi aliorum. VI

IV Verum quæ sunt ea, de jure ac stylo Curiæ semper necessario exprimenda in supplicatione dispensationis super quocunque impedimento? Plura sunt, et animo [illegible] exprimi debet nomen et cognomen oratorum [illegible] [illegible] petitur [illegible], [illegible] pro externo [illegible] si [illegible] Pœnitentiaria [illegible] pro interno, si [illegible] VII exprimi quoque [illegible] nomen Diœcesis, et [illegible] erit [illegible] [illegible] etiam [illegible] exprimendi.

V [illegible] necesse est, ut impedimentum, [illegible] petitur dispensatio, rite, ac in sua specie proponatur, cum suis circumstantiis, non autem unum pro alio, nec certum pro dubio vel e contra. Nam si unum pro alio, ut si v.g. consanguinitas pro affinitate vel e contra exprimatur, profecto nulla erit dispensatio. Quamvis enim potestas [illegible] sit [illegible] [illegible] tamen [illegible], [illegible] jure [illegible] et

et istum jus vicinarum stricte debet interpretari et consequenter ultra casum in quo non est extendi; etiam quod est extraneum, sit major eo quod erat exprimendum. 26.
Sicut consanguinitas caeteris paribus censetur majus impedimentum quam affinitas; non enim valet in dispensationibus argumentum a majori ad minus ut demonstrat Pirrhus Corradus in praxi dispensat. lib. 1 cap. 5 Pontius de Matrim. lib. 8, cap. 21. n. 2 et alii quamplures.

VI. Oratores vero habent impedimenta, ut e.g. consanguinitatis affinitatis publicae honestatis vel cognationis spiritualis, ea omnia sunt fideliter exprimenda et quidem in una eademque supplicatione: nam enim nonnulli Doctores disputent, utrum quis possit separatim diversas dispensationem unius super uno absque mentione aliorum impedimentorum deinde super altero aliis reticitis; verior tamen, eaque certa est illorum sententia qui volunt, omnia simul impedimenta esse exponenda; quippe idem Papa concedens dispensationem super facta expositione censetur semper dispensare sub tacita illa conditione si aliud non obstet arg. cap. 1 de aetate et qualit. ordin. in 6°. sed quando ex duobus unum tantum alterumve impedimentum exponeretur aliud vel aliud non expositum, retinerent, igitur dispensatio foret nulla; [illegible]

VII et revera ratio ista dictat, ea omnia exponi debere, ex quibus redditur difficilior dispensatio: Sed nemo inficiabitur quod Papa magis difficulter dispensat si cum occurrunt plura impedimenta quam unum super quo alias solet dispensari: igitur plura impedimenta non seorsim sed una simul sunt exponenda, ut dispensatio indubitanter sit valida: ideoque Stilus Curiae, qui facit jus, et stat pro lege, postulat et requirit, ut testatur supra citatus Corradus in Dispensat. lib. 1. cap. 4. n. 8 et 9.

VIII

VIII Nihilominus mirum si ex pluribus impedimentis, quo oratores sunt irretiti, unum contingat esse publicum et alterum occultum, seu talis qualitatis, quod sine honoris detrimento vel sine periculo scandali detegi non possit; tunc publicum esset exponendum in supplicatione [illegible] pro impetranda dispensatione in foro externo, et tam publicum quam occultum essent deinde exponenda sacrae Poenitentiariae pro obtinenda dispensatione in foro interno respectu utriusque, quemadmodum praefatus de Iustis Exaltatur [illegible] de stilo Curiae fin. cit. cap. 4. num. 89.

IX. Si autem contingat dispensationem peti super aliquo impedimento post iam contractum matrimonium, pariter debet exprimi, an matrimonium fuerit contractum cum bona vel mala fide impedimenti, ac etiam exprimendum est, an illud fuerit necne contractum sub spe facilius impetrandi dispensationem, et an fuerit, vel non fuerit consumatum; idque intelligendum est, tametsi una tantum pars fuerit conscia impedimenti.

X. Quod si inter oratores sponsos habentes aliquod impedimentum dirimens consanguinitatis, vel affinitatis habita fuerit copula carnalis, magna est inter Doctores controversia, utrum ista copula sit semper exprimenda sub poena subreptitiae dispensationis, etiam in casu quo dispensatio peti possit, ac obtineri ex alia rationabili causa, ex. g. ob angustiam loci, in quo sponsa non potest alium invenire, cui nubat, vel ob defectum dotis ipsius sponsae, vel ob extinctionem inimicitiarum, vel ob extinctionem litium vel ad reparandum sponsae honorem ob nimiam secutam familiaritatem vel ob meritorum remunerationem vel ob aetatem ipsius sponsae excedentis annum 25. vel demum ob quamcumque aliam rationabilem similem causam.

XI.

XI Verum quid in praxi debeat idcirco observari non obstante Doctorum alteratione in Propositione ubi alio super eundem casum proponebamus, videre oportet nostrum judicium. ne autem ordine retrogrado procedamus, oportet, ut potius decisionem nostram proferamus super dubio primi casus, qui loquitur de dispensatione obtenta super impedimento consanguinitatis.

XII Omnes Doctores etiam summe practici conveniunt quod quando petitur dispensatio super impedimento consanguinitatis, fideliter debeat exprimi gradus, et linea in qua oratores sunt invicem sanguine conjuncti. Exprimi namque debet, an in linea recta, vel transversali, an in secundo, vel tertio, aut quarto gradu extet consanguinitas. Siquidem in linea recta usque in infinitum prohibitum est matrimonium illomet jure naturae: ita ut si Adam viveret, nullam feminam posset, jure inuxorem, et ideo inter ascendentes et descendentes in linea recta, in quocumque gradu, sit etiam remoto, imo nunquam fuit a Papa concessa dispensatio, nec unquam concedetur; quia eam concedere non potest.

XIII In linea transversali autem pariter ipso jure naturae est prohibitum matrimonium inter consanguineos primi gradus; ubi vero est causa justa potest concedi, et conceditur a Papa dispensatio tam super quarto et tertio, quam etiam super secundo gradu ac etiam super quem mixto primo idque factum fuit, et fieri potest praesertim cum magnis Principibus ex causa publica urgenti.

XIV Quod autem debeat exprimi etiam gradus ratio est quia difficilior est dispensatio in propinquiori quam in remotiori, ideoque subreptitia, et invalida foret dispensatio si gradu non expresso, tantum in genere fuisset expositum, quod oratores sint invicem consanguinei. Si tamen per errorem gradus propinquior fuisset expressus loco remotioris, non vitiatur dispensatio quia

eo ilo seo Sacra ... tantat sieper gratie ... in
... tentar etiam super remotion velut non tam ... tialiter quam formaliter contento sub ... et ita docet Sanch. lib. 8. de Matrim. ... n. 7. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 17. § 5. num. 31. estque sententia communis, ut testatur de ... de dispens. lib. 1. cap. 2. num. 132. et num. 133. subdit, quod ob rationem à contrario subreptitia esset dispensatio, si loco propinquioris gradus fuisset expressus remotior.

XV. ... vero oratores distent ... inaequaliter communi stirpe in gradibus remotioribus à primo, velut ... eorum unus sit in secundo, alter in tertio, vel unus in tertio ... in quarto consanguinitatis gradibus, disceptatur a Doctoribus an in supplicatione exprimi debeat tam gradus remotior, quam propinquior vel sufficiat, si exprimatur duntaxat remotior, velut juxta juris principia ... propinquiorem.

XVI. ... hujusmodi disceptationis legitimam noverimus resolutionem, noverimus quoque, quid Parochus judicare et agere possit ... in circumstantiis nostri ... facti, qui est identicus cum ... Doctorum ... disceptantium.

XVII. Quomodo autem possumus melius nosse, quae sit legitima resolutio hujusmodi disceptationis, quam assequendo ... et judicium gravissimorum Doctorum, qui ... sunt omni exceptione majores? ... Sanchez lib. 8. de Matrim. cap. 2... num. 29. ... Pontius de Matrim. lib. 8. cap. 17. § 5. num. ... Gambacurtes de Sacram. lib. 5. cap. 9. § 7. num. 15. ... Theologia experimentali ... num. ... Lorenz. ... Matrim. disp. 46. sect. 5. n. 7. Engel in jus canonic. lib. 4. tit. 1... n. 10. et aliique alii Doctores classici ... ..., revera validam esse dispensationem in terminis, in quibus est expressa nostri facti species.

XVIII. ... Parochus ... qui alias non subtiliter dispergit, sed fundamentaliter loquitur, ... 2. ... Theologiae ... et Moral. sub ...

Regulam q. proponit his verbis = Cum vir, et mulier in secundo, et tertio, vel in tertio, et quarto consanguinitatis aut affinitatis gradu sunt conjuncti; ad legitimam dispensationem obtinendam, remotiorem gradum exponere sufficit = 26.

XIX. Hanc autem eorum sententiam sic probant praefati Auctores: Gradus remotior imbibit, et trahit ad se propinquiorem arg. cap. fin. de consanguinit. et affinit. et ideo ad cognoscendum quo gradu sint invicem conjuncti consanguinei linea transversalis inaequalis, a Canonistis communiter traditur haec regula = Quoto gradu remotior ex personis, de quibus quaeritur distat a communi stipite, a quo ambo proxime descendunt tot gradibus distant inter se =. Igitur pro obtinenda legitime ac valide dispensatione, sufficiet exprimere gradum remotioris personae.

XX. Et revera sic fuit semper practicatum usque ad tempora Summi Pontificis ~~[illegible]~~ Pii IV. qui constitutionem ediderat, in qua cavebatur, quod in dispensationibus matrimonialibus pro diversis consanguinitatis seu affinitatis, ex eodem stipite provenientibus gradibus conjunctis, non remotioris tantum, prout olim fieri solebat sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin, dispensationes, ac desuper confectae literae nullius sint roboris, vel momenti.

XXI. Pii IV constitutionem revocavit S. Pius V. per quam tamen ~~[illegible]~~ Constitutionem quae incipit Sanctissimus ~~[illegible]~~ in qua expressum fuit declaratum, Breve Dispensationis non esse sub, vel obreptitium, etsi ommissa mentione gradus proximioris, obtineatur. Dummodo postea obtineantur literae declaratoriae, gradum proximiorem non obstare. Hujusmodi vero literas declaratorias, ajunt praefati Auctores nullatenus esse necessaria, ad valide dispensandum, sed duntaxat ad evitandum scandalum cujus si nullum est periculum, eas non requiri nec ad licite, nec ad valide dispensandum.

XXII. Si autem haec vera sunt, quemadmodum videtur non esse ambigendum, spectata praesertim tot Classicorum Doctorum Authoritate, quid aliud pro decisione nostri dubii statuere oportet, quam quod Parochus, de quo agitur,

possit, ac debeat judicare, dispensationem à Titio, et Berta
obtentam fuisse, ac esse validam, et per consequens
eum posse, ac debere assistere matrimonio, quod ip-
si in facie Ecclesiæ contrahere intendunt.

XXIII Nihilo tamen minus nos, propositum dubium decidendo,
censemus, Parochum posse, ac debere judicare, Litteras
Pontificias quidem, seu Breve de dispensando fuisse ~~[illegible]~~
validum, illicitam tamen, et invalidam fuisse, ac esse
dispensationem, ab Executore factam vigore ejusdem
Brevis; et per consequens Parochum ipsum, nec posse,
nec debere assistere matrimonio, quod, stante hujus-
smodi dispensatione nullâ Titius, et Berta contrahere
intendunt.

XXIV Quod Litteræ Pontificiæ, seu Breve de dispensando fuerint
validum, non verò invalidum, tanquam subreptitium
ob non expressum gradum proximiorem, evidentissimè
demonstratur ex dispositione citatæ Constitutionis
Pij V., in qua revera declaratum fuit, Litteras Ponti-
ficias, seu Breve de dispensando, propter proximioris
gradus non factam expressionem, de subreptionis, vel
obreptionis vitio, seu intentionis defectu, notari non
posse, sed in omnibus, et per omnia suffragari, perinde
ac si in litteris ipsis de proximiore, seu remotiore gradu
specialis, et expressa mentio facta fuisset; dummodo
tamen cum gradu remotiori non concurrat primus gradus,
ita ut oratores seu sponsi essent conjuncti in quarto
et primo, vel in tertio, aut secundo similiter cum primo
quo ad hoc enim verba Bullæ ita sonant = Dummodo
primum gradum ~~[illegible]~~ quoquo modo non attin-
gant, cum in eo Sanctitas sua nunquam dispensare
intendat =

XXV Igitur vigore hujus ~~[illegible]~~ Constitutionis Pontificiæ quæ à nulla
posteriori Constitutione Papali legitur esse retractata,
moderata, vel reformata, et in qua fuit revocata Consti-
tutio Pij IV. eam reducendo ad dispositionem juris com-
munis, et ad præcedentem Curiæ Stylum, qui cohærebat
Constitutionibus idcirco emanatis à Summis Pontificibus
Gregor. X. et Clemente VI, si sponsi sunt invicem
conjuncti

conjuncti in quarto, et secundo, vel in quarto, et tertio, vel in tertio et secundo, dummodo fuerit expressus gradus remotior, proximioris gradus reticentia non inducet surreptionem sufficientem ad invalidandum Breve Pontificium de dispensando. Igitur in nostro casu cum summo Pontifici fuerit expositus quartus gradus consanguinitatis, quo Titius et Berta sunt conjuncti, tametsi non fuerit expressus etiam gradus proximior, seu tertius, litterae Pontificiae de dispensando revera extiterunt legitimae, ac validae.

XXVI. Quod tamen, etiam stante legitimitate ac validitate earundem litterarum Pontificiarum de dispensando, illicita, et invalida fuerit dispensatio facta ab Executore ipsarum litterarum, manifeste probatur ex illamet Constitutione S. Pii V. in qua, postquam declaravit sufficere ad valorem dispensationis, si exprimatur gradus remotior, illico sic additur = obtentis tamen, postea super propinquiore litteris declaratoriis =; hae autem verba, quia posita sunt in ablativo absoluto important modum et conditionem, necessario adimplendam, ~~[illegible]~~ arg. l. Si debitor ff. quibus modis pignus, vel hypotheca contrahitur, l. Haeredes, et l. Maevius ff. de condit. et demonstrat.

XXVII. Statuit itaque [illegible] Pontifex, ut ipsae quidem litterae seu Breve de dispensando per Executorem in se sint valida, quamvis gradus proximior non fuerit expressus, et ad hoc tamen, ut Executor tam licite, quam valide possit procedere, ac devenire ad actum effectivae dispensationis ei formiter constare debeat de litteris [illegible] obtentis, quibus declaretur gradum proximiorem non obstare, aliter enim transgrederetur [illegible] [illegible] Pontificiam in re gravi [illegible] [illegible] nulliter dispensaret ut [illegible] [illegible] simulque; [illegible] Pyrrhus [illegible] in Praxi [illegible] [illegible] [illegible] 4. num. 72., ubi memoratam clausulam [illegible] [illegible] [illegible] conditionem hujusmodi, etiam ex [illegible] [illegible] tamen dicitur enim obtentis tamen [illegible] [illegible]

de [illegible] natura [illegible] modum et conditionem in [illegible] ut [illegible] Diaresia de Petitionibus [illegible] tione san- cum. [illegible]

XXVIII. Ne autem ullum contra prætentam nostram dicendi [illegible] [illegible] ambigendi locum [illegible] ejusdem plenissima pro- batione allegamus Breve Urbani VIII, quo [illegible] [illegible] die 2.ª Jan.i 1624, in quo expresse [illegible] [illegible] declaratum Officialem seu Vicarium generalem Archi- [illegible] Toletani, cui dispensandi potestas erat commissa in Brevi obtento cum expressione tertii gradus consanguinitatis reticito secundo gradu [illegible] dispensasse, et personas consanguineas, quæ vi [illegible] dispensationis contraxerunt matrimonium invalide contraxisse ac meros incestus commisisse.

XXIX. [illegible] autem [illegible] Ratio, quare in Brevi allegatur et [illegible] [illegible]: nempe idem Officialis dispensaverat cum [illegible] [illegible] ante contractum matrimonium fuerat, et [illegible] in secundo et tertio gradu consanguinitatis conjun- [illegible], [illegible] in Brevi ei directo pro facienda dispen- satione [illegible] dumtaxat expressum mandatum [illegible] [illegible] super tertio gradu eo quod gradus [illegible] [illegible] non fuerat expositus nec postea fuerint [illegible] [illegible] executori [illegible] litteræ [illegible] declaratoriæ quod secundus gradus non obstaret.

XXX. Quamobrem jussum fuit Nuntio Apostolico [illegible] ut moneret [illegible] Officialem [illegible] a [illegible] [illegible] omnino abstinere [illegible]; at [illegible] abstineret ab incestu et consensu ut decerneret [illegible] [illegible] dispensando ad eundem Officialem directum [illegible] [illegible] ut declararet [illegible] [illegible] [illegible] non obstare; ac demum [illegible] matrimonium [illegible] [illegible] in facie Ecclesiæ celebrari deberet, [illegible] dispensationes super impedimento consanguinitatis [illegible] et [illegible] affinitatis [illegible] [illegible] suscepta, ac suscipienda.

XXXI. [illegible] clarissime conspicitur veritas nostræ [illegible] [illegible] quibuscumque motivis, quæ ad [illegible] [illegible]

rium aestimandum, movere potuerunt tot Classicos Authores, qui [illegible] distinguunt [illegible] non rege rent [illegible] extentum a nobis allegatum Breve Urbani VIII, cui perfecte consonat aliud Breve [illegible] obtentum quod emanavit ab Innocentio X quo pariter declaravit Executorem a se delegatum [illegible] invalide dispensasse, et nuptias inde secutas incestuosas et consequenter etiam invalidas fuisse ex hoc solo, quod Litterae Pontificiae non expresso pro- pinquiore gradu fuerint obtentae, et postea non obtentis litte- ris declaratoriis devenerit ad earum executionem.

XXXII Constat igitur Litteras Pontificias de dispensando impetratas non expresso propinquiore gradu, carere quidem vitio [illegible] ideoque esse valituras, delegatum ta- men [illegible] pro executione non posse eas licite, ac valide exequi, [illegible] nisi prius obtineantur, et eidem exhibeantur litterae declaratoriae, quod gradus propinquior non obstet. [illegible] consequens constat nostrum Parochum posse ac debere judicare Litteras Pontificias, seu Breve de dispensando a Titio et Bertha impetratum fuisse ac esse validum, illicitam tamen et invalidam fuisse ac esse dispensationem ab Executore Apostolico factam vigore ejusdem Brevis ob non adimpletam conditio- nem illam [illegible] obtentis tamen postea super propinquiore litteris declaratoriis.

XXXIII Si autem verum est quod Parochus ita judicare debeat, necessario inde consequitur, quod ipse nec possit nec debeat assistere matrimonio, quod Titius et Bertha contrahere intendunt, nisi ei prius constiterit de valida dispensatione super impedimento consangui- nitatis quarti, ac tertii gradus, quo invicem sunt irretiti: cum igitur hujus rei veritas sit per se patens et manifesta, ulteriori ejusdem declarationi non immorabimur, sed ad decisionem dubii super posteriori casu propositi, progrediamur.

I Si copula incestuosa quae inter ... et ... intercessit, venisset ad publicam notitiam, videtur, dubitari non posse, ... Parochus nequeat assistere matrimonio stante dispensatione ea reticita huiusmodi ... corrupta, ... dispensatio fuit nulla ut docet Sanch. lib. 8. disp. 25. n. 8. Gardias ... Beneficiis part. 8 cap. 3. a n. 40. ... lib. ... 57. Pyrrhus Corradus in Praxi ... lib. 8. cap. ... a n. 12. et plures alij, qui simul ...

II ... esse ... huiusmodi ... legem.

Sed etiam quando copula incestuosa quae ... habita esset cum spe utriusque, vel alterutrius ex complicibus facilius obtinendae dispensationis, si non fuit ... dispensatio fuit nulla, ut demonstrat Vincentius de Justis de Dispensat. lib. 1. cap. 9. n. 26. , Sanch. lib. 8. de Matrim. disput. 25. n. 38. qui una cum alijs fidem faciunt, ... esse ... V.

... fuit ideo introductus, ne quis ex fraude et ... facile reportet commodum contra ... VI

... emendatione ... et contra ... in uxorem quam ... cum concurrentiis

III + ... Doctores, ut Zobach, Diana, et alij velint, non esse exprimendam hanc spem si fuit tantum ex parte unius vel si ... fuit ex parte utriusque ... tamen a ... manifestatur ... communis in praxi est ... contrarium ut bene advertit ... Corradus lib. 8. cap. 1. n. 18. allegans ... VII.

... alios Doctores ... toto caelo aberrare.

IV enim cum in nostro casu copula fuerint et maneant semper occulta easque ... fuerint habita, ... neque cum spe unius vel alterius facilius obtinendae dispensationis, profecto videtur ...

sit valida quamvis copula fuerit reticita in impetra-
tione Brevis de dispensando, non tenere videtur se ex-
ponere, quod Pue...sia ipsa intervenerit, ut quis seipsum
gravissime et tamen etiam vita sua eo exponat 46.
manifestandi incestum a se commissum; igitur videtur
quod Tajus et Seja pro obtinenda dispensatione super
quarto affinitatis gradu quo invicem sunt conjuncti
non tenerint obligati exponere incestum ab illis
commissum, quia hujusmodi expositio ejus velut personis
notitiis, attulisset gravissimam diffamationem et
esset sufficiens ad ne unus, alterve illorum si non
uterque, potuisset se exponere periculo cujus alterius
gravis mali; sicut in similibus casibus non infrequen-
ter solet accidere.

V. Ceterum pro certo tenendum esse dispensationem a Tajo et
Seja obtentam esse validam, quamvis incestuosa copula
commissa non fuerit exposita in impetratione Brevis de
dispensando, facillima resolutione foret dubium a nobis
propositum; in hujusmodi enim suppositione Parochus
aliud non haberet agendum, quam assistere matrimo-
nio, quod illi Tajus et Seja contrahere intenderent.

VI. Verumtamen pro certo tenendum est ejusmodi dispensationem
fuisse et esse validam? Nos, decidendo propositum dubium
[illegible] parochum debere interim abstinere ab assistendo matri-
monio, donec à Sacra Pœnitentiaria cui erit exponen-
dus casus cum omnibus suis circumstantiis fuerit obtenta
dispensatio. Hujus nostræ decisionis fundamen-
tum constituimus in nullitate, qua judicamus laborasse
ac laborare dispensationem impetratam non expressa
copula incestuosa quæ inter Tajum et Sejam intercesserat
etsi semper fuerit et manserit occulta.

VII. Equidem existimamus, quod ad effectum obtinendi dispensatio-
nem validam a Dataria debet pro foro externo et interno
necessarium sit exprimere præcedentem copulam ince-
stuosam quamvis ea semper manserit secreta et quamvis
commissa fuerit sine [illegible] facilius obtinendæ dispensatio-
nis [illegible] summus [illegible] XII [illegible]
[illegible] 12

12. eius Bullarii, quae etiam hodie vigitur sacra Poeni-
tentiaria inter alia sic statuit: "[illegible] Doctores [illegible]
obtinuerint a nostra Dataria dispensationem [illegible]
prohibito tam in primo et secundo, quam in [illegible], ter-
tium ac etiam in tertio, et quarto tacita copula inter
eos, secuta quam sine honoris detrimento detegere non
valeant et ratione huiusmodi taciturnitatis nutant
dispensationem pro matrimonio contrahendo seu re-
validatione matrimonii contracti, possit [illegible] Poe-
nitentiariis, si copula sit adhuc secreta, in foro con-
scientiae tantum concedere, facta quando agitur de
primo et secundo, vel secundo tantum gradu compo-
sitione quinquaginta ducatorum [illegible] Poenitentia-
riam transmittendorum, ad effectum, ut in [illegible]
[illegible], erogandi in eleemosinas."

VIII Constat igitur ex recitata Pontificia dispositione, dispensatio-
nem a Dataria obtentam, non expressa praevia copula
incestuosa etiam secreta, omnino esse nullam. [illegible]
non supponeretur tanquam certa necessitas petendi iterum
dispensationem a Sacra Poenitentiaria, post [illegible]
Pyrrhus Corradus lib. 8 cap. 7 n. 38 refert [illegible] Sacrae
Congreg. Concilii declarationem [illegible] Congreg. [illegible]
censuit, dispensationem subreptitiam, si inter consanguineos
vel affines aut spirituali cognatione conjunctos carnalis copula
processerit, nulla mentione in supplicatione [illegible]
et etiam hanc [illegible] Congregatio [illegible] [illegible]
nem reddi nullam ex copula praecedente dispensationem,
si de ea non fuerit facta mentio in supplicatione, [illegible]
tam vero sequentem post dispensationem ab [illegible]
[illegible]tam, non impedire matrimonii validitatem.

IX Nec juvat dicere hanc declarationem intelligendam esse de copula
publica, non autem de secreta. Nam hoc gratis [illegible]
immo contra expressam dispositionem citatae [illegible]
[illegible] XII. Hac tamen si immineat [illegible]
periculum alicuius alterius gravis mali, potest dispensatio
obtenta a Dataria retenta copula secreta [illegible]
teneatur manifestare cum suo gravi detrimento [illegible]
[illegible] dispensationi [illegible] Poeniten-
tiariae: atque ita evitabitur omne [illegible]
[illegible], a [illegible]
validum reddere matrimonium.

Pro Congregatione habenda die 15. Mensis 9bris 1746.

Casus I.

Berta, sciens virum suum plura contraxisse debita quam sit solvendo, illico post ejus mortem de pecunia, rebusque alijs clam subtraxit, quod prudenter judicavit fore necessarium pro suis, ac liberorum alimentis. Cum autem Praetor ad creditorum instantiam decrevisset fieri bonorum omnium defuncti debitoris inventarium, ac etiam deferri juramentum Bertae, an nihil surripuerit; ideo oritur

Dubium an Berta, quod subtraxit, licite, ac juste subtraxerit, et an jurare coacta, possit sine perjurio jurare, se nihil subtraxisse.

Casus II

*Stichus, cujusdam mercatoris famulus, emptores saepe defraudavit, tum mercium augendo pretium, tum minuendo mensuras; sed totum lucrum cessit ejus domino. Unde oritur

Dubium, an, et quibus teneatur Stichus facere restitutionem, et an pro ea facta, vel facienda possit tantundem clam surripere de bonis ipsius domini.

1 Utraque facti species, super quibus proposita dubia nos in hodierna Congregatione manent decidenda, respicit materiam justitiae, et restitutionis, cujus obligatione nihil quidem videtur esse frequentius, ejusdem tamen adimplementum infrequens admodum esse comperitur.

II. Dubium

II Dubium, quod super primo casu versatur, triplicem continet difficultatem, videlicet, an Berta pecuniam, resque alias, quas pro suis liberorumque necessarijs alimentis, mortuo marito, debitis solvendis impari, clam subtraxit, licite ac juste subtraxerit: et an ipsamet Berta, Praetoris authoritate jurare coacta, possit sine perjurio jurare se nihil subtraxisse.

III Quod ad priorem attinet difficultatem, videtur ea esse adeo levis, ut nec difficultatis nomen sibi vindicare mereatur: immo pro veritate prorsus indubitata videtur tenendum, Bertam omnino illicite, ac injuste dictam pecuniam, resque alias surripuisse easque surripiendo rapinae crimen commisisse. Id enim apparet posse demonstrari ex doctrina Catechismi Romani, qui ad septimum Decalogi Praeceptum sic ait = Fraudatores creditorum, et infitiatores, quique sumpto temporis spatio ad solvendum sua, vel aliena fide merces emerunt, neque fidem liberant, damnabuntur eodem crimine rapinarum; in quos illa Davidis sententia videtur convenire: mutuabitur peccator, et non solvet.

IV Recte itaque S. Ambrosius Lib. De Tobia cap. 21. sic ait: Quam deforme est ut pro beneficio ei, qui te adjuvit, rependas molestiam ... Debere, verecundum est, non reddere inverecundum. Postulavis dilationem, cum caperis conveniri in tempore praescripto solutionis, pro pecunia afferes taedia, cavillaris tempore, excusationes struis, et cum totum promiseris, ne in universum fraudare videris

vix dimidium restitues. De amico inimicum facies, pro honore referes contumeliam, pro benedictione maledictum. Quam hae opinionem laedant considera: quam a viro bono discrepent, recognosce.

V Si autem rapinae rei sunt, qui debita inficiantur, qui suo tempore non solvunt, qui creditoribus taedia struunt et molestias; multo magis rapinae rea esse videtur nostra Berta, quae sciens maritum suum plura contraxisse debita, quam esset solvendo, nihilominus eo mortuo, pecuniam, aliasque res, in solutionem debitorum ipsius convertendas, clam subtraxit, ac surripuit.

VI Olim quidem tanta procedebatur severitate, vel potius crudelitate contra debitores decoctos, ut vivi secabantur in partes, quae inter respectivos creditores dividebantur, et deinde venundabantur, idque L. XII. Tabularum permissum erat ut resultat ex sequentibus per Jacobum Gothofredum inter fragmenta earundem duodecim Tabularum relatis verbis = Ast si plures erunt rei sidest creditores, tertiis nundinis in partes secanto, si plus minusve secuerint, sine fraude esto: si volent uls Tiberim sidest trans Tiberim peregre venundanto =

VII Verum temporis progressu captum est cum debitoribus decoctis mitius agi; quamvis enim etiam post abrogatam legis XII. Tabularum crudelitatem, moris fuisset, ut ejusmodi debitores in vincula conjicerentur et carceribus manciparentur, quousque aere alieno se liberassent ut narrat Gellius lib. 20. cap. 1. et Quintilianus lib. 3. Instit. cap. 6.; deinde tamen jure legis Juliae cautum est, ut inopes debitores bonis suis cedendo

possint

possint evadere carceris molestias, aliasque creditorum vexationes, uti constat ex Tit. Cod. Qui bonis cedere possint.

VIII Quinam autem ad hoc ex commiseratione inductum remedium possint admitti, quomodo ipsa bonorum cessio sit facienda, qualesque effectus ea rite facta producat, ad prudentes in jure spectat examinare. Nobis pro merito causae, de quo tractamus, sufficit advertere, debitorem, qui ad hujusmodi miseriam, ac flebile beneficium vult confugere, juxta legum dispositionem sic debere omnibus bonis cedere, ut nihil omnino possit celare, ne beneficio ipso reddatur indignus; ideoque nec alimenta necessaria potest sibi reservare, eaque duntaxat ex ratione humanitatis relinquitur vestis ordinaria, et quotidiana, ne nudus incedat, et ita docent Baldus, Jason, aliique valde graves Legum interpretes.

IX Et nihilominus sic cedens bonis debet praestare cautionem juratoriam, se dispoliatorem ad alienum, si ad pinguiorem fortunam venerit, et ideo omnia bona post ipsammet cessionem quaesita obnoxia sunt creditoribus; quia cedendo non extinguitur obligatio solvendi; subducto tamen eo, quod necessarium est sustentationi debitoris, qui ea bona comparavit jam facta cessione. Vide Imperator Justin. Instit. lib. 4. De Action. § fin. ait = Cum eo, qui creditoribus suis bona cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id quod facere potest, judices experiuntur: inhumanum enim erat spoliatum fortunis suis in solidum damnari =

X Ex qua juris dispositione, per quam probatur detractio alimentorum

